34-3-C-81- 3 237

LEONARDI ALESMII IVRECONS. clariſs. Tractatus in materiam Subſtitutionum.

Eiuſdem Regulæ in eandem materiam, quibus quicquid eſt eius rei breuiter continetur.



PICTAVII,

Ex officina Marneſiorum fratrum, ſub Pelicano.

M. D. XL.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De Leonardo Aleſmio Petrus
Auellanus Valeſius.

Cæca ænigmata Subſtitutionum,
Ambages uarias, grauéſque nodos
Iſto ſoluit Aleſmius libello.
Ergo ſecula noſtra iactitabunt
Vno ſe quoque Bartholo tumêre,
Nec docto minus, aut minus ſtupendo
Quàm qui præteritis uigebat annis.

Τοῦ αὐτοῦ

Τῶν φθονερῶν θάρρει βεβολημένος ὀξέι κέντρῳ,
Οἱ τεθνήξονται, καὶ σὺ ἔι ἀθάνατος.

Illuſtriſsimo uiro D. Ioanni à Langiaco Epiſcopo Lemouicenſi, Leonardus Aleſmius. S.

DIV multúmque dubitaui, Antiſtes ampliſsime, an ea ad te mitterem, quæ ſuperioribus proximis diebus in materiam Subſtitutionum cõſcripſeram. Quoties enim maieſtatis tuæ quaſi quidam ſplendor oculorum meorum aciem præſtringit, totus trepido, magnoperéque horreo nugas meas legendas tibi proponere. Is ſiquidem es quem ludicra non morantur, & qualia poſſunt à me proficiſci. Neque id profectò mirum, quum grauiſsimis Galliæ negotiis diſtringaris, & conſilio tuo fulcias, ſi qua huius regni pars uitium facere uelle uideatur. In his igitur rebus quum plurimũ temporis ponas, quantulum ipſe ſperem te impertire poſſe legendis noſtris? Itaque nihil propius factum eſſet, quàm ut ab inſtituto diſcederem, niſi humanitas tua incredibilis eximiáque uirtus addidiſſet animum, & ad bene ſperan-

dum ueluti ſignum aliquod ſuſtuliſſet. Nam ſi forſan occurrebat munuſculi noſtri uilitas, humanitas tua cogitationem illam omnē abſtergebat: ſuadebátq; audendum aliquid, quod quantulūcunque eſſet non aſpernareris. Eadem quoq; me impellebat ut negotiorum tuorum multitudine non deterrerer, quin ſucciſiuis temporibus lecturus eſſes quod tibi dicaretur. Incitabat me etiam frequens de te fama, qua authoritatem cum facilitate coniunxiſſe prædicaris. Quæ omnia me timidiuſculum eò cōfidentiæ prouexerunt, ut lucubrationes noſtras inſcribere tibi auderē, & ſub tuo nomine in uulgus ædere. Et quum more ferè receptum ſit, ut qui in commune conſulentes ex umbraculis domeſticis libros quoſlibet emittunt, ſub alicuius authoritate conquieſcant quò ſint ab inuidia tutiores: quid mihi faciēdum potius fuit quàm ut te diligerem ex omnibus potiſsimum, unde nonnihil gratiæ libello noſtro accederet? Quis in uniuerſa Gallia latinè & Græcè te doctior? Quis in expediendis rebus te promptior? Vtrunque locupletiſsimè

tiſsimè teſtantur permultæ legationes quas obiiſti Gallorum regis nomine, apud ſummum Pontificē, apud Cæſarem, apud alios præpotentes populos. Dicāmne eloquentiā tuam exteris tanto fuiſſe miraculo, ut quod optabas, uelut perculſi re inſolita protinus deferrent: ac honorificentiſsima commēdatione proſequerentur mirabilem tuam rerum omnium cognitionem? Sic enim te de omnibus diſſerentem grauiter & copioſè audiebant, atq; ſi ſingula præcipuo peculiarique ſtudio didiciſſes. Videbant illi in te prætereà uirtutum omnium, ἐνμουσίαν quæ hominibus itidem noſtris magnā attulit admirationē. Si prudentiā tuā aliquantò profuſius laudandā putaſſent, en Temperātia magnas tragœdias excitabat quæ ſuum ſibi locum præripi non patiebatur. Neq; procul ab hoc diſsidio abfuit iuſtitia, cuius tu myſtes celebraris intimus, non patriæ charitas, quæ in optimo quoque ſemper fuit maxima, & ut quiſq; tui ſimillimus habitus eſt. Ea ergo tātam beneuolentiam quū apud exteros tum apud noſtros tibi concilia-

liarunt,ut uigilias noſtras ſi non alia re, certè nomine tuo quibuſuis gratiſsimas acceptiſsimáſque fore certò ſciam. Inuidos autem longiſsimè arcebit ſolius tuæ propugnationis adumbratio. Porrò aliud me extimulauit ut hunc ingenii mei partum quamlibet horridum & informem tibi dono mitterem, quòd in ea diœceſi præſulem geras cui ego adſcriptus ſum. Quòd ſi uernaculi & domeſtici fructus iucundiores eo ipſo nobis eſſe ſolent, quia domeſtici: debes impenſius amare quod è domo tua natum eſt, exiguũ illud quidem & exile fateor ſi precium ſpectes, ſed multò maximum ſi animi integritatem intuearis. Mittit homo ſtudioſus chartaceum munuſculũ, quo dare nihil poteſt antiquius. Mittit iuris profeſſor, de iure Tractatum quem minimè potuit peſsimum. Non contemnes quod ex promptuario noſtro depromptum tibi offertur. Id enim ſi feceris, quaſi quibuſdam humanitatis tuæ fauoniis afflatus altius profundũ ingredi poſthac non reformidabo. Bene uale. Pictauii. M. D. XXXIX. Idibus Decemb.

240

Tractatus Leonardi Alesmii in materia Subſtitutonum

VBSTITVTIONVM materiam, ut quotidiè uſu uenire, ita ingentem lucri cumulum parere aſſerit uir ille in practica magnus Albe. à Roſa. in rubric. de uulgari. ff. Atq; adeò refert Raphaël Cuma. ſe à Baldo uiua uoce accepiſſe, quòd hinc uis X V Ducatorum milia coaceruauit. Neque id temerè fortaſſe, quippe quum innumerabiles ſubtilitates illi ipſi materiæ eſſe implicatas ſubinde commoneat Soci. & Iaſon. Quoniam uerò in difficilioribus magis conuenit uirium periculum facere, ut in Auth. de inſtrum. cau. & fide coll. vi. & in ca. Vbi periculum. de elect. libr. vi. Ideò mihi uiſum eſt ueluti ſpicas poſt optimorum meſſorum terga, ſi modo ullas inueniam, colligere:

ligere: in eorum potiſsimum gratiam qui in hac Pictonum Academia iuris diſciplinæ iampridem ſeſe addixerunt. Cæterùm noſtra ſic accipiet nō iniquus rerum æſtimator, ut quæ ab homine Gallo & eodem Lemouicenſi prodire potuerunt. Ad rem igitur ipſam accingor, diuino tamen prius præſidio implorato.

¶Præſtruendum ergo id uidetur in cognitionem aliquantò planiorem huius periculoſæ & profundæ materiæ, Subſtitutonem multipliciter in iure accipi. Primò latiſsimè prout eſt in genere: & tunc Subſtitutio eſt in locum alterius ſurrogatio. Vnde & Subſtitutus dicitur qui in alterius locum ſublectus eſt. l. penult. ff. Iudic. ſol. cap. alius. xv. quæſt. vi. cap. Paſtoralis. vii. quæſt. pri. quemadmodum procurator à procuratore factus ut abſentis locum impleat, dicitur ſubſtitutus, cap. i. § i. de procura. lib. vi. Sed & qui in alterius locum in officio uel beneficio ſucceſsit, appellatur ei ſubſtitutus c. per inquiſitionem de elect. extra. c. clericos. de offic. uica. cap. Quoniā

Abbas.

Abbas.de offic.delega.c.fin. ut lite pēdente,lib. vi. ubi quis non poteſt ſubſtitui in locū collitigatoris mortui ſuperſtite eius aduerſario. Imò nec eo caſu alteri de iure collatio fieri poterat,clement. una ut lite pendente.In clement.Hodiè tamen in hoc regno ordinarius alio litigante mortuo confert,& is cui nouiſsimè facta eſt collatio impetrat literas à Rege uel à Cancellaria ut ſubſtituatur in locum & inſtantiam defuncti:& ita practicari atteſtatur D.Rebuffi in tit.de mandat.Apoſtol.in § declarātes in uerbo.ſucceſſores.in uerſic. poſtremò ſignandum eſt. Nec ita ſubſtitutus tenetur reſtituere fructus perceptos per prædeceſſorem,quum nihil iuris ab eo teneat, arg.l.ii.C.de repud.hæred. faciunt notata per gloſ. in uerb.poſſedit.in tit.de pacific. poſſeſſ.In pragmatica ſanct.atque ita conſtitutum fuiſſe in ſupremo Senatu Anno Dom. 1536.menſe Febr.aſſeuerat D. Rebuf. in d § Declarantes.Subſtitutus quoq; rectè appellatur is qui uicarius eſt arg. l.1.de offi.eius qui uicem alicuius iudic.uel

Præſid. obtin. Item & debitor delegatus ſubſtitutus nūcupari iure poteſt arg.l. delegare.ff. de noua.& delegatio.
¶Secundo, ſubſtitutio accipitur latè & generaliter, pro ſubſtitutione quæ fit in rebus particularibus, & de hac tractatur in l.Vt hæredibus.ff.de leg.ii.In l.unica §.ſin autem aliquid ſub cōditione.C.de caduc. toll.l. Titia §. Seia libertis. ff. de leg. ii.l. quoties de donat.quæ ſub modo. C.
¶Tertio, ſubſtitutio accipitur ſtrictè & ea eſt quæ fit in hæreditate, de qua tractatur in cap. Raynutius.de uulg.& in rubr. noſtra.de uulg.ff.C.& inſtit.
¶At nunc irrepando in gloſ.noſtram, rubric.de uulg.& pupill.ff.quæro cum doct. quid ſit ſubſtitutio.Illa, inquit Accurſius, eſt ſecūda inſtitutio. Nam inſtitutionis & ſubſtitutionis uerba adeò ſunt confinia,ut unum quandoq; pro altero ponatur.Subſtitutio enim nonnunquàm pro inſtitutione uſurpatur,ut notat Steph. Bertran. conſil.xcvi.i.uolum. Inſtitutionem quoq; pro ſubſtitutione accipi legitur in gloſ. in
uerb.

uerb. non exprimat in l. Gallus ❡. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. glo. in l. ſi. pater filio. de uulg. ff. Text. in l. i. ibi. hæredis inſtitutio duplex eſt. ff. eo. tit. Et hæc omnia probè firmat Baldus in l. ſi quis mihi bona ❡. Idémque. ff. de acquir. hæred. Vbi notat nullam eſſe differentiam eſſentialem inter inſtitutionem & ſubſtitutionem, ſed effectu tantum diſtrahi uoluit.

¶ Non deſunt tamen qui hanc ſubſtitutionis definitionem per Accurſ. traditam multis modis exagitent.

¶ Primò, eo impelluntur quòd in Legatis & Donationibus cauſa mortis locus eſt ſubſtitutioni. l. ut hæredibus. de leg. ii. ff. l. Titia ❡. Seia libertis. ff. eo. tit. l. Quoties de Donati. quæ ſub modo. C. Notat Bald. conſil. cxcii. ii. uol. Et tamen in illis non eſt inſtitutio, quia inſtitutio trahitur ad quid uniuerſale, legatum autem ad quid particulare. ut not. Bart. in l. cogi. ad Trebell. ff. Ad id uerò contr. ſic reſpondent Socin. & Iaſ. in d. gloſ. Rubr. quòd uerba definitionis debent exponi in hæreditate, nō

legatis aut Donationibus cauſa mortis. Quæ reſponſio non ita multum prima fronte arridet. Durũ eſt enim aliquid ſubaudire ad definitionẽ. Si quidem definitio debet eſſe talis, authore Cicerone de Orat. lib. ii. ut uis eius rei, quã definimus ſic exprimatur, ut neq; quicquam abſit neq; ſuperſit. Continere nanq; debet definitio genus & differentias Bart. l. i. de acquir. uel amitt. poſſeſſ. ff. Barth. l. i. de Teſtam. Decius in l. Omnis definitio. ff. de regul. iuris. Quarè aliter reſpondent recentiores Senenſes, uerbum lego latè patere, omnémq; ultimam diſpoſitionem complecti. l. uerbis legis. ff. de uerb. & rerum ſignific. Doct. in l. i. ff. de leg. i. Quod & ſtabilit. Polytus, nam (inquit) ſi dicamus inſtituere actiones. l. i ♣ deinde. ff. de orig. Iur. ſi inquã dicamus, Obligationes inſtitutas. l. ex hoc iure. ff. de inſtit. & iure quid erit in mora quo minus Legatarii aut donatarii, inſtituti uocitentur? Sed hæc Senenſium opinio infringitur, propterea quòd uerbum Lego ex ſignificatione quàm remotiſsi-

mè

mè petita trahitur ad quácunq; ultimam diſpoſitionem: at uerba definitionis propriè accipienda ueniunt. Eſt etenim definitio apud Quintilianũ, propria & breuiter comprehenſa rerum ſubſtantiæ enarratio. A quo dicto non abhorret, quod uoluit Corne. conſil. clxxxv. in primo uolu. ubi Statutum prohibens marito filios habenti ne aliquid uxori legare habeat, non extendi putauit ut cenſeatur eſſe prohibita hæredis inſtitutio, præſertim quũ ſtatuta proprietatis cancellos non egrediantur L. conſtitutionibus. ff. ad municip. Socin. conſil. i. in prim. uolum. ſed id dictũ Cor. Iure reprobat Iacob. à Nigris in L. i. de leg. i. Cæterũ Soci. & Iaſ. reſponſionem ab omni iniuria facilè uindicari poſſe nõ dubitamus, uidelicet Accurſii definitionẽ intelligi oportere de Subſtitutione quæ fit directè in hæreditate ut pertineat ad Rubr. de uulg. ff. Et ut uerba materiæ inſeruiãt, arg. text. in cap. intelligẽtia. de uerb. ſignif. Diſſerit enim Accurſ. de Subſtitutione quæ in hæredit. fit. Nec quẽquã moueat indefini-

tionibus ſubauditione uti non licere: quia nihil ſubaudit qui de ſubſtitutione in hæreditate accipit, materia id poſtulãte. Eſt ſi quidẽ Subſtitutio ὁμώνυμον ut initio huius Tractatus oſtẽditur. Quarè quũ proferatur in materia Inſtitutionũ quæ fiũt in hæreditate, de ea ſola debet intelligi, d.c. Intelligẽtia. ut neq; definiatur omnis Subſtitutio, ſed ea demũ quæ fit hæredi inſtituto. Sic igitur explicata Definitio erit generalis, & non officiet. l. i. §. Dolum. ff. de dolo. ¶ Secundo loco contra Accurſium inſurgunt Doct. ex. l. quærebatur. ff. de teſtam. milit. ubi ſecundam quidem inſtitutionẽ communi calculo probamus, neq; tamen quiſquam Subſtitutionem facilè dicat. In cauſa hæc ſunt, ſi eſſet ſubſtitutio, Legata relicta ab inſtituto cenſerentur repetita à ſubſtituto, l. licet imperator. ff. de leg. i. quod nihilominus non obſeruatur in d. l. quærebatur. Iaſon in Rubr. de uulg. ff. duas illas leges in unum quaſi concentum redigere adlaborauit, tu uideris. Mihi certè planior uia ſic uidetur ſterni poſſe ad d. l.

quæ-

quærebatur. Fatebor enim ultrò in ſpecie legis ſecundam inſtitutionem, ſubſtitutionem fuiſſe; & ſi adduci non poſsit gl. id ut credat. Nec obſtat quod in me contorquere aliquis poſsit, Legata relicta ab inſtituto, non fuiſſe à Subſtituto reperita. quoniã ita natura proditum ac comparatum eſt, ut quiſquis fructibus & commodis fruatur eundem cominus ſequantur onera, l. ſecũdum naturam. ff. de reg. iur. c. qui ſentit. e. tit. lib. ſexto. At in l. quærebatur, inſtitutio fuit ad tẽpus facta, & eo nomine ſuo au thori fructuoſa: igitur rationi congruit ut ſecundo loco inſtitutus legata ſoluere non queat compelli, alioqui præſtanda à primùm inſtituto. Secus autem in l. licet imperator, ob eam rem quòd ibi erat ſubſtitutus uulgaris, qui quantuncunque commodi hæreditate non adita exiſtere poteſt, ſibi uni adſcribit: eius uerò commodi ſocius particépſue non eſt primo loco inſtitutus: quid ergo mirũ ſi ſubſtitutus ſoluẽdis legatis addicatur, quæ debuit hæres ſoluere? argumẽ. l. itẽ à ſubſtituto. ff. de præſtan. lega.

¶Af

¶Afferunt Doct.& firmiora nonnulla ad labefactandam eandem gl. Rubr. in hunc ferè modū. Pupillaris ſubſtitutio non eſt ſecunda hæredis inſtitutio. Definitio igitur manca atque mutila. Reſponſio receptior eſt, ſubſtitutionem pupillarem. ſecundam eſſe inſtitutionem, habito reſpectu ad inſtitutionem factam in teſtamento patris. Quum nullus Regulariter poſsit Subſtitutionem Pupillarem filio ſcribere, niſi facto prius ſibi teſtamento. l. ii ✠ quiſquis de uulg. ff. Sed dicat aliquis. Miles poteſt filio ſubſtitutionem pupillarem curare ſine ullo ſuo teſtamento d. l. ii ✠ quiſquis Tu dicito prædictis locum eſſe in ſubſtitutione generali, non autem in ſpeciali arg. eorum quæ notat Angel. l. i. de teſtam. ff. Nec ſum neſcius in his hallucinatum Polytum in eo quem edidit ſubſtitutionum Tractatu, numero xxv. circa. princip. Is etenim exiſtimauit à milite ſubſtitutionem pupillarem fieri nequaquam poſſe, niſi uel per generalitatem l. i. uerſic, ſubſtituere. de uulg. ff. ſibi condito teſtamento. Agnoſcit tamē

à iure

à iure indulgeri militi factionem teſtamẽti pro filio, quanuis ſibi ipſe teſtamentum non fecerit d.l.ii §. quiſquis & l. miles ita ff.de milit.teſtam. Verùm peccauit uehemẽter tantus uir, cõtra text. in l.ii §. prius autẽ.de uulg.ff.põderãdo dictionẽ, autem, cuius ea eſt emphaſis & natura ut qualitates caſus præcedentis reuocet in caſum ſequentẽ ut uoluit notab.Baldus in l.omnes populi in ultim.chart.ff.de iuſti.&iure.Et iſtud adnotatione digniſsimũ ducũt Alex. & Iaſ.in l.filius à patre. ff. de lib. & poſth.

¶Nam quantum attinet ad §.quiſquis, fuerat antea dictum neminem poſſe teſtamẽtum filio facere, niſi ſibi prius in eadem re conſuluiſſet excepto milite: quibus ſubnectitur proximè, Subſtitutionem Pupillarem celebrari non poſſe niſi ab eo qui Teſtamentum inſtituerit. Subaudiendum igitur puto, & in ſequenti illo reſponſo, excepto milite, ut finis conſentiat principio, tum propter naturam particulæ, autem, tum quia pars legis poſterior à priore interpretationem mutuatur in.l. utrũ. ff. de

petit.

petit.hæredit ✠ ac ne plurimi quidē. Verbum adiicitur ad l.Aquiliam Inſtit.
¶Hactenus pro tuenda. Accurſii definitione quaſi pro aris ac focis dimicauimus, ſi nouam tamen aliquam captes & paulò illuſtriorem,dic,ſi libet,in hunc modum. Subſtitutio eſt in locum portionē.nue hæredis inſtituti uel exhæredati ſubrogatio. Dicimus,in locum portionémue,per text. in l.fin.de hæred.Inſtit.C. & per text.in l. qui quadraginta.ad Trebell.ff.Acceſsit ad hypographen noſtram, hæredis Inſtituti, ad diſcrimen Subſtitutionis quæ in legatis fit.Poſtremò adiectum fuit,uel exhæredati,per text.in l.i.de uulg.ff.Sed iam Lectorem uideor expleuiſſe,in Subſtitutione deſcribenda. Nec, puto, male ſuccedet,ſi qua uia & ratione huc uſque ſum progreſſus, eadem inſtitutum pergam abſoluere.
¶Nunc uerò ut Subſtitutionum adyta penitius ineamus, occurrit Subſtitutionis diuiſio,quæ à recentioribus in geminam partem diſſecatur,ut quædam ſit directa,quædam fideicommiſſaria.Directa Subſtitutio
eſt quæ

eſt quæ eiuſmodi uerbis conflatur, quibus licet ſua authoritate hæreditatem cernere citra alterius operam. Ne longius abeas, en tibi exempla, te hæredem inſtituo, Dominus eſto, l. i. & l. his uerbis. ff. de hæred. inſtit. Vide ſimilium uerborum nomenclaturam apud Lanfr. Orianum in l. Centurio de uulg. ff. & Stepha. Bertr. cccxxviii. conſil. prim. uolum.

¶Fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt qua iubemur quaſi per alterius manum non noſtra authoritate hæreditatem adire, uerbis in eam ſententiam conceptis, ut Rogo, Fideicommitto, mando hæreditatem reſtitui ✠. fin. de ſingul. rebus per fideicommiſſum relict. inſtitu. in l. omne uerbum. C. commun. de legat. Si enim legatarius aut fideicommiſſarius in id quod relictum ſit impetum faciat authoritate alterius contempta iure ſuo excidet. l. non dubium. C. de legi. l. Paulus. & ibi Paul. Caſtr. & Alexan. ff. ad Trebell. Licet ex æquitate Canon. non ſit neceſſaria hæreditatis reſtitutio fideicommiſſario per hæredem. Imò die reſtitutio-

nis fideicommiſsi aduentante, habetur pro reſtituto per text. ſingularem quem ad hoc ponderat ſolus Baldus. c. in præſentia. de probationib. à qua Canonica æquitate non deſciuit Curia Toloſana, ut cenſuit D. Benedicti in c.Raynutius in uerb. mortuo itaq; teſtatore l.ii.extr.de teſtam. At hæc non obſeruari inueterata conſuetudine regni Franciæ. L.non dubium & L.Paulus. idem locuples teſtis eſt Gul.Benedict.in ca. Raynutius.extr.de teſtam.in uerb.ſi abſq; liberis.L.ii.Doct.ſic concutiunt aſsignatam diuiſionem. Fideicommiſſaria ſubſtitutio, propriè & ſignificanter loquendo Subſtitio non eſt, in quo probando plurimum uerborum effundunt: & ego præter cæteros affero text.in l.fin.C. de his qui ueniam ætatis impetrauerunt.in illis uerbis, Subſtitutionibus uel Reſtitutionibus, maximè hæ - tendo in natura particulæ, uel, quæ inter diuerſa legis uerba ſolet collocari. L.ille aut ille.ff.de uerb.ſignif.Cepola cõſi.lxxii. notat Ludouicus Romanus in l. filiæ dotē C.de collat. Præterea ſupra dictam diuiſionem

nem duplici nomine ſic oppugno. Primum in diuiſionibus membra æqualiter debent ſe fundere in diuiſum, not. in §. omnium in ſtit. de Act. qua ratione nec Subſtitutio in alterutrum membrum ſe magis debet porrigere: ſed contrà dici oportet, quòd omnis Subſtitutio in dubio uenit iudicanda Directa non autem Fideicommiſſaria. cap. ſi pater de Teſtam. lib. vi. Notatur in L. in Teſtamento. de Teſtam. milit C. facit gl. in le. i. ſi ager uectigalis uel Emphy. petatur, ubi in dubio uerba iudicantur directa, præterquàm in pacto legis Cōmiſſoriæ, cuius uerba in dubio iudicantur fideicommiſſaria, ut uoluit gl. in uerbo. mortis cauſa, L. i. ff. de Donati. Curtius ſenior conſil. xii. Incipiente Lucius Titius. Noli tamē iſtis deterreri, quominus dicas præcedentem diuiſionem ualidam eſſe: quæ enim in contrarium congeſta ſunt, id unum probant Subſtitutionem Fideicommiſſariam propriè Subſtitutionem non eſſe, propterea tamen nihilo deterior eſt diuiſio. Nam apud dialect. Proba eſt hæc diuiſio, Hominum quidam ui-

uus,

uus, quidam pictus: homo tamen principaliter ſignificat homines uiuos non pictos. Quum autem dicitur, Diuiſum æquè principaliter patêre in membra diuidentia, certum id quidem eſt in uera diuiſione non Analogica.

¶Rurſus directæ Subſtitutiones diuiduntur in quinque ſpecies Vulgarem, Pupillarem, Exemplarem, Reciprocam & Compendioſam: quas ante quàm excutiam quæro quibus in diſpoſitionibus locum habeant Directæ & Fideicommiſſariæ, quod ut facilius accipias, ſunto duæ Cõcluſiones quarum prior eſt. Directa Subſtitutio in Teſtamento tantum fieri poteſt, non autem in contractibus uel codicillis, pro hac concluſ. eſt text. in l. ſi idem. uerſic. igitur. C. de codicill. Rationem comminiſci hanc poſſumus, quoniam Hæreditas neq; pacto neq; codicillis dari poteſt, text. in l. hæreditatem C. de codicill. text. in ✠ fin. Inſtit. eo. tit. l. hæreditas. C. de pactis conuent. tam ſuper dote. Hypoli. Marſilius, Singul. xlix. Corneus Conſil. cccxxxiiii. in prim. uolum.

uolum. Hæc tamen Concluſio limitatur, quando Subſtitutio fieret per patrem inter liberos,tunc enim rata haberetur Subſtitutio directa facta in Codicillis: & in ea eſt ſententia Guilielmus Bened.in ca.Raynutius in materia uulga.Subſtitu.extra de Teſtam. Paulus Caſtr.conſil. xciii. prim. uolum.Bart.in L.militis codicillis.de milit.teſtam.Sed ego ſupetuacuam arbitror & inanem eam limitationem:nam ubi eſt Inſtitutio uel Exhæredatio non ſunt Codicilli,l.nõ codicillum C.de Codicill. quoniam Inſtitutio fieri non poteſt in codicillis d.l.ſi idem : ergo neq; Subſtitutio fieri omninò poterit,quum ſit conditionalis inſtitutio.Nec te moueat ſi dicatur,in Teſtamento patris inter liberos ſeruari perinde ius gentium oportere,atque in Teſtamento militis: ut quoniam miles directamSubſtitutionem inCodicillis facere poſſit,poſſit facere & pater.Ad id enim reſpondeo, in Teſtamento patris inter liberos ſeruari Ius gentium quantum ad ſolennitatem Teſt ium tantum L.hac conſultiſſima §.

B exim

ex imperfecto C. de Teſtam. quantum autem ad cætera ſeruatur Ius ciuile, ut infrà in materia Compēdioſæ Subſtit. declarabitur. A qua pacto ſtetit Ludouicus Romanus in conſulendo Conſil. clxxix. Curtius Iunior conſil. lxxxiii. Bald. & Salyc. in l. filii. C. famil. herciſc. Vide Hieronymun Zanitinum, in ſua diſput. Incipiente, In ſacro pontificis & Cæſarei conſiſtorio. ubi latè diſſerit an Subſtitutio Directa poſſit fieri in Codicillis. Altera Concluſio. Subſtitutio Fideicommiſſaria poteſt non ſolum fieri in ultimis uoluntatibus, ſed etiam in cō tractibus. Et hæc uocatur conuentionalis ſubſtitutio, cuius mētio habetur in l. quoties C. de donat. quæ ſub modo. & l. quum pater. ſ eorum. ff. de leg. ii. gl. in l. in donationibus C. ad leg. Falcidiā. Porrò prætermittendum non eſſe exiſtimaui, quod huic loco cōſentaneum traditur à doct. ſcilicet ex relicto in contractu non detrahi Falcidiam uel Trebellianicam. tex. eſt ſatis obuius in l. quidam quum filium ff. de hæred. inſtit. quem text. ſingularem clamitat Bal

dus

dus in rubr. de his quæ in fraudem credit. C. Id mihi tamen non uſquequaq; placet, nam neque in illo text. agitur ſeu dubitatur de detractione Trebellianicæ necreſpectu Trebellianicæ conſideratur actio mandati de qua ibi mentio: ſed ſolum expenditur utrum poſsit cogi hæres adire hæreditatem, quoniam rogatus in teſtamento non fuit, cuius partes erant hæreditatem reſtituere: nec diſponens, in teſtaměto uel extra teſtam. egerat cum eo de bonis reſtituendis. Tu interim animo reputabis quid uerisſimum uideatur. Doctorum tamen axioma uerum eſt in his quæ mortis confirmatione non egent l. ſi uſusfructus § dos ad l. falcid. ff. Diuerſum enim in donationibus quæ morte ſtabiliuntur, quoniam hæc fideicommiſsi partibus funguntur d. l. in donationibus, C. ad leg. falcid. Supereſt nunc eò redeamus, unde ſumus digreſsi, Subſtitutionum directarũ ſpecies latè ſuo ordine explicaturi. Primùm itaque de uulgari uideamus.

De Vulgari Subſtitutione Cap. i.

DICTVRI de ſubſtitutione Vulgari primum ſpectabimus ecquid definitionis habere poſſit. Deinde quotuplex ſit. Tertio quid effectum reddat. Poſtremò quomodo extinguatur.

VVLGARIS Subſtitutio eſt quæ à quolibet & cuilibet fit, nihil habens ſpecialitatis. Sed hæc definitiò non caruit reprehenſoribus ſuis, quia Vulgaris Subſtitutio à quocunq; fieri non poteſt ueluti ab impubere. §. Præterea. Inſtit. quib. non eſt permiſſum facere teſtam. Item cuicunq; fieri non poteſt, ut Incapaci arg. L. primæ & ſecundæ C. de hæred. Inſtit. Reſpondetur ad illa à recentioribus quibuſdam definitionem ſic intelligi oportere, ut à quolibet habili & cuilibet habili fiat Vulgaris Subſtitutio. Nã omnis diſpoſitio quantumcunq; generalis debet reſtringi de habilitate L. i. de ſacroſanct. eccle. cap. ii. extra de conſuetu. L. ut gradatim. ff. de muner. & honori. Beneficia enim legum tantum capacibus ſcripta ſunt L. Lucius Titius. §. Lucius Titius Damam. ff. de leg. ii.

Hanc

Hanc tamen communem reſponſionem in-
ſectatur Polytus in Tractatu Vulgaris Sub
ſtit.ſub numero.i.quoniam hæc deſcriptio
Vulgaris ſic limitata cōuenit pupillari Sub
ſtitutioni quæ tantum poteſt fieri habili cui
cunque à quocūq; habili. Mihi profecto præ
ter Doctores alia ratione diſplicet eadem de
finitio, quòd in bona definitione contineri
non debeat à quo & cui fiat ut not.in L.i.ff.
de teſtam. Quarè adlubeſcit mihi magis his
uerbis à recentioribus quibuſdam excogita
ta deſcriptio: Subſtitutio uulgaris eſt directa
ſubſtitutio in locū prioris inſtitutionis non
ſortientis effectum accita. Veruntamen ab-
ſurdū forſan uideri poſsit accuratius inqui-
rere in uulgarem Subſtitutionem, quum ei
locus non ſit in hoc Galliæ Regno. Ex con-
ſuetudine enim generali Mortuus ſayſit ui-
uum, id eſt, in eum tranſfundit omnium re-
rum & bonorum ſine apprehenſione poſſeſ-
ſionem, quod & iure probatur ex potētia ta
men & ui ſuitatis L.iii.C.de iure delib. Ita
uoluit Boërius in comment.conſuet.Bituri
gum in tit.de teſta.Doct.in L.ſi ſorori.de iu

re deliber. ſed poſt aditã hæreditatem expirat uulgaris, L. poſt aditam: de impuberum & aliis ſubſtit. Igitur uulgaris non uidetur unquam in uſum & lucem uentura. Reſpondeo paucis, Mortuus ſayſit Viuum, hoc uerũ ſi uelit uel poſſit eſſe hæres: alioqui in caſum Repudiationis uel impotẽtiæ ſubſtitutus admittetur arg. L. quum proponas C. de hæred. inſtit.

Triplex eſt Vulgaris Subſtitutio ex mente Bart. in L. i. de uulg. ff.

¶Quædam eſt expreſſa, quædam tacita, quædam partim expreſſa, & partim tacita. Tu igitur antequàm pernoſcas, quæ ſit uulgaris expreſſa, intelligas uelim, id de quo ſuſcepta ſit controuerſia tripliciter poſſe exprimi, generaliter, ſpecialiter & ſingulariter, ut uoluit Baldus in l. ſignis de leg. i. Bald. in ca. ſi pater. de teſta. lib. vi. Barbat. in ca. Raynutius. extra eod. ti. Curtius ſenior cõſilio xlvii. Quantũ tamen huc pertinet, ſubſtitutio uulgaris expreſſa uerbis generalibus dicitur, quæ cõtinetur ſub compendioſa uel breuiloqua ſubſtitutionibus.

Finge

Finge enim teſtatoré facere duobus æqualibus reciprocam ſubſtitutioné huiuſmodi, uos inuicé ſubſtituo, certè ſi hæreditas à nemine agnoſcatur, cõtinebitur ſub reciproca uulgaris ſubſtitutio expreſſa uerbis generalibus,& ita adnotauit gloſ. in le. Lucius.ff.de uulg.gl.in l.in teſtamento C. de teſtam.milit. Aduerte tamen ad unum inauditum, quòd ſi iuramentum interueniſſet in illa ſubſtitutione reciproca, tunc ſubſtitutio quæ continetur ſub reciproca haberetur pro expreſſa uerbis ſpecialibus. Ita iudicauit Ferdinandus à Loazis in l.filiusfamiliâs §.Diui.ff.de leg.i. Quò ſpectat illud,iuſiurandum habere uim expreſsionis. Baldus in l.i.C.commod.

SVBSTITVTIO uulgaris, expreſſa uerbis ſpecialibus ea eſt,quæ ſuis,propriis, ac ſpecialibus uerbis concipitur,cuius hæc erit formula, Titium hæredem inſtituo,& ſi hæres non ſit Caium ſubſtituo, ſic tradit text.in.l.i.de uulg. ff. in §.i. inſiſt. eo. Non requiruntur tamen ad οὐσίαν uulgaris ſubſtitutionis illa uerba, ſi hæres non

 ſit.

ſit. Imò & ſubſtitutionem uulgarem citra uitium in hunc modum concedere poterit teſtator, Titium hæredem inſtituo & ei Caiũ ſubſtituo. Quum in dubio appellatione ſubſtitutionis ueniat uulgaris, nõ fideicommiſſaria gl. in l. Gallus § quidam rectè. ff. de lib. & poſth. Paul. Caſtr. in auth. hoc amplius C. de fideicõmiſſ. Steph. Bertr. conſil. xxxiii. in i. uolum. Baldus conſil. lviii. in quart. uolum. Alex. conſil. xxxiiii. in tert. uolum. At non oſcitanter aduertendum eſt, ſubſtitutionis uulgaris expreſſæ uerbis generalibus, & expreſſæ uerbis ſpecialibus uim eandẽ eſſe, quantum ad effectũ attinet, per regulam, quam tradidit gl. in l. ſi quis mihi bona § Iuſſum. ff. de acquir. hæredit. quæ uult tantum uirium ineſſe in diſpoſitione generali, quantum ſpeciali, niſi caſibus à iure exceptis. Fely. in cap. ad aures. extra de reſcri. facit tex. in l. ſi ſeruitus de ſeruitu. urban. prædior. & ibi not. per Florianum. Adde Bald. inſigne dictum conſil. iiii. in i. uolum. quòd licet quotidiè renuntietur quatuor beneficiis ſingulariter ea nominãdo. ſ. beneficio.

Epi-

Epiſtolæ D. Adriani, beneficio nouæ conſtitutionis de pluribus reis debendi, & beneficio cedendarum actionum, tamē ſummo iure tantundem efficeret renuntiatio generaliter facta. Id in materia hac perſpicuum eſt, quemadmodum enim ſubſtitutio expreſſa uerbis ſpecialibus matrem excludit à legitima cap. ſi pater de teſta. lib. vi. l. Papinianus § ſed nec impuberi. ff. de in off. teſta. Perindè quoq; ſubſtitutio expreſſa uerbis generalibus matrem excludit gl. notab. in l. Lucius. de uulg. ff. Bart. conſil. octauo. Paulus Caſtr. clxxii. in primo uolum. Poteſt etiam dici ſubſtitutio uulgaris expreſſa uerbis ſingularibus, ut ea eſt, quæ exprimitur in unum caſum ſingularē, ueluti mortis, uel non natiuitatis. de hac amplè diſſerunt Doct. in l. Gallus § Et quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Alia eſt ſubſtitutio uulgaris omninò tacita, quæ porrigitur ad Pupillarē expreſſam, de qua loquitur text. Iam hoc iure. de uulg. ff. & nos infrà cumulatiſsimè de eadem agemus.

Subſtitutionem uulgarem, expreſſam, & tacitā

& tacitã excipiet ſubſtitutio uulgaris, partim tacita, & partim expreſſa. Bart. in l. i. de uulg. ff. Subſtitutioné, partim tacitam & expreſſam bipartitã ſcribit. Primò quãtùm ad uerborum ſeriem ſpectat, cuius generis ea eſt, quæ continetur ſub compendioſa uel breuiloqua Subſtitutionibus: quoniam reſpectu uerborum generalium eſt expreſſa, ſed reſpectu uerborũ ſpecialiũ eſt tacita. Secundò dicitur partim expreſſa, & partim tacita, propter ſuppreſſum ſubauditúmq; unum aliquem caſum: nam ſi teſtator Titium hæredem inſtituat, & ei ſi hæres non ſit Caium ſubſtituat, tunc expreſſa quidem erit huiuſmodi ſubſtitutio, quantum ad caſum nolentiæ, cæterùm tacita erit, quantum ad caſum impotentiæ. unde ſi hæredi inſtituto nonnihil officiat, quo minus hæres eſſe poſsit, ſubſtitutus admittetur, quoniam caſus expreſſus trahitur ad caſum omiſſum, ut not. doct. in l. i. de uulg. ff. Et iſtud poſtremum latè perſequuntur doct. in d. l. i. quod ut à te minori negotio percipiatur, in concluſionem redigo.

digo.

SVBSTITVTIO uulgaris concepta in unum caſum expreſſum, trahitur ad caſum omiſſum: & ſic caſus nolētiæ, diffunditur in caſum impotentiæ, facit text. ſecundum doct. in. L. Gallus. §. Et quid ſi tantum. ff. de liberis & poſthumis. text. in L. quum proponas C. de hæred. inſtit. text. in l. fin. C. de Inſtit. Subſtit. & Reſtitu. Annectatur præcedentibus quaſi coronidis uice quod conſuluit Ludo. Romanus conſil. lyi. Subſtitutionem conceptam in hunc caſum expreſſum, ſi in rerum natura non eſſet filius, accommodari ad alterum caſum omiſſum, quando filius eſſet in rerum natura, & idem moreretur in pupillari ætate. Neq; ab hac re admodum alienum eſt quod conſuluit Calcaneus Doct. Brixienſis conſil. ciiii. Subſtitutionem compendioſam factam de matre in caſum quo poſthumus decederet, flecti & torqueri ad eum caſum quo non naſceretur poſthumus, ut ſi mulier abortum feciſſet, huic probādo perutilis text. L. ab exhæredati iuncta gl. & notatis per Ioannem Imolam, ff. de le. i. Su-

i. Suffragatur & ſuperioribus Paul. Caſtr. conſil.lxxxvi.ubi Subſtitutionem conceptã in caſum mortis detorquet in caſum repudiationis.

RATIONE duplici Concluſionem illam noſtram munit Iaſon conſil.cciii.in ſecun.uolum.Priorem autem eſſe uoluit, quòd uerba in Subſtitutionibus latiſsimè ſunt accipienda L.Gallus.§.Et quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth. Baldus in L. quum proponas C. de hæred. Inſtit. Curtius ſenior conſilio L. & cur id fiat cauſam dicere poſſumus, quòd in ultimis uolũtatibus de quibus illic tractatur plenior fieri debeat interpretatio c. cum dilecti ext. de donat. L.in teſtament.ff.de regul.iuris. Altera ratio Cõcluſionis eſt, quòd prouiſio teſtatoris concepta in unum caſum porrigitur ad omnem alium caſum, de quo idem Teſtator interrogatus probabiliter diſpoſuiſſet, L. Titius.§.Lucius ff.de lib.& poſth. Huc conuehẽdum quod ſcriptum reliquit Io.Andr.in additionibus ad ſpeculum, in tit. de. ſec. nupt. ubi ſi teſtator legauerit

uxori

uxori uſumfructũ ſi uidua permanſerit,& poſt eius mortem uſumfructum ad Titiũ peruenire uoluerit, ſi mortuo Teſtatore nubat eius uxor, tunc ad uſumfru. Titiũ admitti exiſtimauit Ioan. Andr. Nam ſi Teſtator interrogatus fuiſſet utrũmne uellet Titium eo caſu admitti quo mulier nuberet, idem uidebatur reſpõſurus. Ego tamen ab Io. Andr. quam maximè diſſentio quia Teſtator cogitare potuit iuuenem ſuam uxorem eſſe, & propter ætatis lubricum uiro carere facilè non poſſe. Ideò diſſimulando quem non attigit caſum, in diſpoſitionem iuris communis uidetur reieciſſe arg. l. ſi extraneus, de condict. ob cauſam. Prætereà deciſioni Io. Andreæ reluctatur quod ſcripſit Aretinus in L. titia. quũ teſtamento. §. Titia quũ nuberet. ff. de leg. i. ubi, inquit, quando Teſtator inſtituit Titium poſt mortem uxoris non uidetur induxiſſe conditionem, ſed ſolũ dilationem hæredi ut non admittatur niſi mortua uxore.

OBSTREPVNT nonnulli Conclu-

ſioni dictæ,per text.in l.pater Seuerinam.de condit & demonſtrat.In ea enim lege caſus nolentiæ nō trahitur ad caſum impotētiæ. Plurimum uerborum iactant Doct. de ead. L in l i.de uulg.ff.quæ recenſerem niſi uererer nimia prolixitate lectoré fatigatum iri. Dic ergo breuiter d. l. non obſtare,quia ibi pater legatum Seuerinæ filiæ fecerat ſi nuberet,quod legatū nō poteſt purificari niſi data potentia & uoluntate legatarii. L Legatū de condi.inſectis.ff.l. ſi poſt diem.§.ſed ſi ita. ff. quando dies leg.ced.Igitur ademptio legati ſi non nuberet,intelligitur ſub eadem conditione quando.nollet quum poſſet, ita tenuit Bald. conſil. ccccl xi. in quart. uolum. Sed filia mortua eſt impubes,& ſic eo tempore quo nubere nō poterat. Igitur nihil mirū ſi caſus nolentiæ tunc non trahatur ad caſum impotentiæ. huic ſolutioni adblanditur text.in L.qui habebat.ff.de uulg.ſecundum unum intellectum gl.in uerbo.pubes.

SECVNDO d.Concluſionem inſectantur doct.per L. Commodiſsimé.ff. de lib.& poſth.ubi poſthumus rectè à me poteſt

teſt inſtitui ſi me uiuo uel mortuo naſceretur: quòd ſi alteruter caſus ſit omiſſus, tunc expreſsio unius nõ extendetur ad omiſſum,& in caſu omiſſo ſi naſcatur Poſthumus cenſetur eſſe præteritus,ſicq; rumpit teſtamentum. Ergo Cõcluſionem abnegemus,& quaſi de gradu deiiciamur neceſſe eſt,præſertim quum in d.L. Commodiſsimè caſus expreſſus non trahatur ad omiſſum.Reſponde ex ſententia d.Benedicti in cap.Raynutius, in materia uulgaris Subſtitutionis,extra,de teſtam. numero xxvi.ubi ille, quãdo(inquit)caſus omiſſus non erat neceſſario exprimendus tunc fieret extẽſio ad caſum omiſſum, ſed quãdo caſus omiſſus nõ eſſet neceſſario exprimendus ut in L.commodiſsimè, tunc non fieret extenſio de caſu expreſſo ad caſum omiſſum. Sed contra Benedicti conſiderationem facit text.in L.Gallus §. & quid ſi tantum.ff.de lib. & poſth. Nam ſi nepos inſtitutus ſit ab auo in caſum quo naſcatur poſt mortẽ patris ſui,tunc ſi filius ipſe aui aquæ& ignis interdictionem patiatur,

præ-

præſumitur etiam nepos hæres inſtitutus in hunc caſum,& fiet extenſio de caſu expreſſo mortis naturalis ad interdictionem aquæ & ignis in d.§. Et quid ſi tantum. Attamen caſus ille omiſſus erat neceſſariò exprimendus ne aui teſtamentum rumperetur per nepotem.Itaq; reſponde ad l.cõmodiſsimè,quando cõſtiterit hoſce caſus pro diuerſis & diſsimilibus habitos fuiſſe à teſtatore, ueluti ſi cupiat hæredem ſibi uidere,uel ſuppoſitum partum poſt mortem uereatur,tunc non fiet extenſio de caſu expreſſo ad omiſſum, licet ſecus ſit in deciſione Iuſtiniani. l. fin. C. de poſth. hæred. Inſtit. hanc enim Imperatoris deciſionem proprietate uerbi defendere potes.Nam dictio,intra decem menſes,ſignificat uſq; ad decem menſes ut per gl.uidere poteris.

HAEC Concluſio communis, noſtra defenſione utcunq; ſubnixa limitatur multis modis apud d.Benedic.in ca. Raynutius. Limitatur tamen notabiliter ut non procedat quando appoſita eſſet dictio Limitatiua,

expli

Exempli gratia. Si filii mihi naſcantur, hæredes ſunto: & ſi ſine liberis deceſſerint, tunc Sempronius hæres eſto. Nemine nato ſubſtitutum nō admitti tenuit Ancha. conſi. cccl. vii. Decius conſil. lxxxix. prim. uolum. Id autem fieri propterea contendunt, quòd dictio tūc, ita reſtringat ut ad caſum omiſſum productio fieri nequeat L. uxori uſumfructum uillæ meæ. ff. de uſufr. leg. gl. in uerbo tunc, in cap. ſi capitulo de conceſſ. præbendæ. Vnde fit ut & Vulgaris cui dictio taxatiua adiecta eſt nullam in ſe habeat pupillarem Alex. in L. quamuis. de Impub. & aliis ſubſtit.

Quàm opinionem ego probare non poſſum, quum Galli Aquilii uerba eodem cōtextu dictionu[illegible]a ſint conſcripta, Qui nepos (inquit) me mortuo intra decem menſes naſcetur, tunc, & cæt. tamē in eis fit extenſio d. §. & quid ſi tantū, de lib. & poſth. Item Subſtitutio uulgaris hac formula cō cipitur, ſi Titius hæres non ſit tūc Caium ſubſtituo. L. i. de uulg. ff. & tamen in ſe pupillarem habet, notant doct. l. i. de uulg. ff. Nam conditiones ſub quibus fit Subſtitu-

tio uulgaris ſunt neceſſariæ, ut celebrant Doct in L.Gallus §. & quid ſit tantum.ff. de lib. & poſth. Igitur præter earum effectum nihil eſt aliud quod conſideremus. Noli tamen iudicium præcipitare, ſed diu multúmque circa hæc cogita.

Sed iure noſtro facturi uidemur ſi antequàm huiuſce diſputationis ſepta egrediamur, inueſtigemus rationem, quarè Subſtitutio facta ad certum tempus non extendatur ad aliud, perinde atque Subſtitutio concepta in caſum expreſſum trahitur ad alium caſum omiſſum. Nō poſſunt Doct. rationē ullā excogitare quæ ſatis penſi habeat, L. ſi quis ita ſubſtituerit. de uulg. & pupill. ff. Quapropter Mathæus à Paquo Doctor Toloſanus non mediocris uir ſciētiæ, in tit. de mādat. Apoſt. affinxit quandā rationē, quā quoq; me audiente mirandum in modum commendauit Tholoſæ, in aula clariſſ. uiri Ioannis à Boyſone, in procurſu interpretationis noſtræ huius rubricæ de uulg. ff. Vbi (inquit) tempus præfigitur cuiuis diſpoſitioni, illud adiectum eſſe cenſetur pro forma

Auth

Auth. quæ ſupplicatio, & ibi Bald. & Paul. C. de prec. Imperat. offerend. L. ſcire oportet ❡ Conſequens, & quod ibi not. Bald. ff. de excuſ. tit. Felyn. in cap. Dilecta in viii. ſigno cognoſcẽdi formam. extra de reſcript. Quæ quidem forma quum det eſſe rei L. Iulianus ❡ ſi quis rem. ff. ad exhib. nihil mirum tunc ſi in tempus facta ſubſtitutio ad aliud extendi non poſsit. Et ea ratio ſecundum eundem ceſſat in Subſtitutione concepta ſub caſum expreſſum, maximè quum iure cautum nuſquàm reperiatur, ut talis caſus ſit adiectus pro forma: itaque mirandum non eſt ſi ad alium caſum omiſſum fiat extenſio. hæc ratio quanuis aliquo colore ſit ſuffuſa, mihi tamen uериſimilis nedum uera non apparet: ut & ego in circulis poſt abſolutam prælectionem ei oſtendi hoc potiſsimùm fundamento ſuffultus. Subſtitutio uulgaris fit ſub conditione ſi hæres non ſit l. i. de uulg. & pupillari. ff. quæ cõditiones denotant formam l. Prætor. ff. de collat. bonorum. Forma autem neceſsitatem adfert, alioqui ea remota actus efficitur ipſo iure

lus.l. cum hi §. Prætor.de tranſact.ff. Igitur ſi hæc ratio pondus habeat, ſubſtitutio in caſum expreſſum concepta non trahetur ad omiſſum: quod tamen fuſiſsimè ſuprà falſum eſſe demonſtrauimus. Ego profectò diſiunctam rationem inter tempus & caſum non uideo, niſi dicamus, ita demum ſubſtitutionem uulgarem conceptam in caſum expreſſum trahi ad caſum omiſſum, quando uterque ſimilis eſt effectu, non diſsimilis, ut not. Ang. in rubr. de uulg.ff. Sozinus conſil.cxlvi. prim.uolum. Et idcirco propter ſimilitudinē identitatémque effectus concurrit ueriſimilis mens diſponentis, ex quo ſolo de mēte teſtatoris uidetur conſtare, ut fiat extenſio arg.l.ſi quis mihi bona §. ſed quid ſi mandauerit.ff.de acquir. hæredite, faciunt notata per Bal.in l.mādaſti.ff.de negot. geſt. Secus tamen in ſubſtitutione facta ad tempus, quoniam teſtator cogitare poterat caſum illum non minus uno tēpore euenire poſſe ac alio: unde quum præſtituit tēpus teſtator intra quod ſubſtitutum admitti iuſsit,

iuſsit, lex coniicit uoluntatē eam teſtatoris nō fuiſſe, ut poſt tēpus præfixū ſubſtitutus admitteretur, arg. l. ex facto §. itē quæro de uulg. & pupill. d. l. ſi quis ita ſubſtituerit. Iſtámq; diuiſionem uoluntatis teſtatoris induxit diſtinctio temporum, argu. text. in l. pater Seuerinam §. conditionum. ff. de condit. & demonſtrati. Bald. conſil. clxxv. in quarto uolum. ſuorum conſil.

¶ Aggredior nunc ad id quod quarto loco dicendum cōſtitueram, qui ſcilicet ſint effectus uulgaris ſubſtitutionis. Tu igitur dic ex ſentētia Barth. in l. i. de uulg. ff. eius effectus quinque eſſe numero.

Primus eſt, iſta uerba, ſi hæres non ſit, hanc interpretationē accipiunt, uel alium hæredem non fecerit. l. ſi paterfamiliâs. ff. de hæred. inſtit. l. Quum proponas. C. de. hæred. inſtit.

Secundus, teſtamentum poteſt accipere robur à ſubſtitutione uulgari. l. iii. §. fin. ff. lib. & poſth.

Tertius, uulgaris porrigitur ad pupillarem. l. iam hoc iure. de uulg. ff.

Quartus, per eã ſucceditur defuncto, nõ autem hæredi §. i. inſt. de pupill. ſubſtit. Quintus, de ſuo & neceſſario efficit uoluntariũ. l. ſi filius hæres ff. de lib. & poſth. ¶ Redeo ad primum effectum, hæc uerba, ſi hæres nõ ſit, hanc interpretationem accipere, uel aliũ hæredẽ nõ fecerit. l. quum proponas. C. de hæred. inſtit. Ex quo primo effectu emergunt multæ quæſtiones diſcutiendæ. Prima eſt, An ueniens uirtute tranſmiſsionis, ſubſtitutum excludat, ſed tyrunculorum cauſa prædictum oportet, hæreditatẽ non aditam regulariter non tranſmitti. l. unica §. in nouiſsimo. C. de caduc. toll. l. quoniam ſororem C. de iure deliberãdi. Sunt tamen tres ſpeciales tranſmiſsiones, in quibus hæreditas non adita tranſmittitur. Prima eſt, quæ tranſmiſsio ſuitatis, de qua habetur in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. liberis. Nam ſi patre mortuo, filius ſuus hæres moriatur ante aditam hæreditatem, ſiue ſciat filius illam ſibi delatã, ſiue ignoret ſemper illam traſmittit ad quoſcunque hæredes

ſuos,

ſuos, d. l. apud hoſtes. Iaſon in l. ſi infanti ſub numero xiiii. C. de iure delib. Vnde & in hac ſpecie tranſmiſsionis dubitatur ſi datus fuerit ſubſtitutus per teſtatorem, an excludatur ſubſtitutus per eum penes quem tranſlata eſt hæreditas uirtute ſuitatis. Deciſio huius quæſtionis dependet ex hoc uno ſecundum doct. An datio ſubſtituti uulgaris tollat ſuitatem. Si enim tollatur ſuitas per dationem ſubſtituti uulgaris, concludendum quidem eſt ſubſtitutum præferri hæredi hæredis: ſi uerò datio ſubſtituti uulgaris non tollat ſuitatem, tunc eum qui uenit uirtute tranſmiſſionis ſuitatis ſubſtituto præferri quàm ueriſsimum eſſet. Quid igitur tenendum? Doctores propè omnes in l. ſi filius qui patri. de uulg. ff. defendunt per dationem ſubſtituti uulgaris tolli ſuitatem. Pro qua opinione facit text. qui apparet Barth. difficilior quàm quiſquam alius in infortiato. in l. ſi filius hæres de lib. & poſth. gloſ. in l. Papinianus ❡ charta. ff. de inoffic. teſtamen. Ratio autem huius dicti eſt, quo-

niam per ſubſtitutionem datur filio libertas abſtinendi.l.prim ·§·ſi proponatur. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam.ſi igitur tollatur neceſsitas, & ſuitatem tolli neceſſe eſt, quum ambæ competant de iure ciuili inſeparabiliter ·§· ſui. de hæred. qualit. & differentia. Hæc tamen communis omnium opinio limitatur non procedere multis modis, quos uide enumeratos per Iaſ. in d. l. ſi filius hæres. & per D. Benedict. in cap. Raynutius, in uerbo, mortuo itaque teſtatore, le ſecond. numero cxciiii. extra de teſtam. quos recitare ſuperſedeo, quoniam huius opinionis me aſſertorem non profiteor: imò mordicus teneo per dationem ſubſtituti nullo modo tolli ſuitatem, niſi fortaſſe filius cauſam ingratitudinis committat. Pro qua ſententia facit text. in ·§· generaliter, in auth. quibus mod. natur. effic. ſui coll. ſext. gloſ. in l. fin. de iis qui ſunt ſui uel alieni iuris. Ratio autem huius opinionis duplex eſt. Prior, quia ſuitas non eſt in commercio patris tantùm uel filii. d. l. fin. ergo eam tol-

lere

lere pater non poterit. Altera, quia pater non poteſt auferre à filio commoda eidem à lege conceſſa. Primò forma inſtitutionis faciendæ fidem facit l. inter cætera. ff. de lib. & poſth. quæ eſt inuẽta propter ius accreſcendi ſecundum doct. in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. Secundò id liquet de reiectione conditionis, uel alterius grauaminis, l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſt. Ludo. Romanus in auth. præterea. C. unde uir & uxor. Nec obſtat lex ſi filius hæres: nam ultra doct. dico filium hæredem inſtitutũ fuiſſe ſuum hæredem quandiu uixit text. in l. uẽtre. ff. de acquir. hære. ibi, præterea defunctũ, ſcilicet ſuum ſecũdum gl. per omnes approbatam. Facit etiam quòd ſuus hæres dicitur propriè, qui in poteſtate morientis eſt, & primo gradu cognationis ei coniunctus. §. i. inſtit. de hæreditat. quæ ab inteſtato deferuntur. Quæ duæ qualitates cõcurrũt etiã in eo cui datus eſt ſubſtitutus uulgaris. Si uerò dicas quòd in d. l. ſi filius, nepos erat ſuus ipſi auo, & ſic erant duo ſui: reſpondeo, mortuo

filio

filio nepotem effectum eſſe ſuum, ut not. in L.Gallus,de Lib.& poſth. Nec te moueat quòd ſuitas tunc filio nihil proderat, fateor enim in illo caſu quia lex illam nõ iuuabat,præſertim quum dubitaretur de uiribus teſtamenti, potiſsimum uẽtre pleno præterito,ut etiam in d.L,uentre. Inſtabis acrius,ergo in hoc caſu erit in poteſtate teſtatoris prætereuntis uentrem auferre effectum ſuitatis in filio, quia per illam ſuitatem non fit tranſmiſsio ut d.L. uentre. Dico à lege permitti,ut hoc caſu ſuitas tranſmiſsionem non operetur quãdo teſtator prouiderat ſubſtituendo uulgariter ut d.L.ſi filius hæres. Fateor enim quòd Subſtitutio impediet tranſmiſsionẽ ut notat Baldus in d.l.ſi filius hæres. At ſi teſtator non prouidiſſet ſubſtituendo, lex dediſſet aliud remedium filio aliam nouã tranſmiſsionem inducens ui legis, uentre ff.de acqui.hæred. Nec obſtat ratio qua intenditur per ſubſtitutionem uulgarem effici de neceſſario uoluntarium: nam id non eſt utiq; uerum,quia imò in ſubſtitu-
tione

tione uulgari in filio facta ante beneficiũ abſtinendi comprehendebatur ſolum caſus impotentiæ,ex doctrina Barth. in d.§. & quid ſit tertium. facit gl.ſingularis in §. i.Inſt.de uulg.Et ut demus ita eſſe, ſcilicet uoluntarium hæredẽ effici, nihil magnoperè tamen obſtat, quia per beneficiũ abſtinendi benè eſt effectus uoluntarius d.L. neceſſariis,& tamen adhuc remanet ſuitas l.i.§.is qui in poteſtate,ſi quis omiſſ.ca.teſta.Ex his itaq; didiciſti qualiter ſuitas per dationẽ ſubſtituti uulgaris non tollitur, ut neque(quod magis mireris) per appoſitionem conditionis, uel cohæredis dationem,ut per Angelum à Periglis potes uidere l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.

Secunda eſt ſpecies tranſmiſsionis, quæ uocatur Tranſmiſsio l.unicæ C.de his qui ante apertas tabulas. Nam filii hæreditatem parentum non aditam clauſis etiam tabulis ad eorum propriã ſobolem tranſmittunt,nõ item ad alios adgnatos à latere,d.l.unica. Et in ea ſpecie trãſmiſsionis locum uulgari ſubſtitutioni non eſſe fatẽtur

tur Doctores in L.i.de uulg. ff. Quæ deciſio Doctorum tametſi multum ſit æqua, dubia tamen ſubapparet: quoniam uerba legis illius unicæ ſonant ſubſtitutum nullum datum fuiſſe. Vnde crederem quòd quando teſtator ſciens & uidens ſe habere nepotes neptéſue filium hæredem inſtituerit,eíque dederit ſubſtitutum uulgarem, tunc ſi filius hæres non ſit, ſubſtitutus admittetur & præferetur uenienti iure trāſmiſsionis quæ eſt ſanguinis. Nanque notabilis & aurea diſpoſitio L.cum acutiſsimi, locum non habet quando teſtator cogitauit de liberis arg. text. in L. generaliter ✠ cum autem C. de Inſtit. & Subſtit. & Reſtit. L. ſi ut certi C. de teſta. milit. in quem modum conſuluit Ludouicus Romanus conſilio ccclxx. quem ſectatur Decius conſil. ccclv. incipiente, Viſo conſilio. Petrus Ancharanus ccccxxvi. Barb.in repetitione legis, cum acutiſsimi C. de fideicomm. pro qua doctrina facit gl. in cap. quicunque xvi. quæſt. i. uolens

lens quòd licet per ſuperuenientiam liberorum reuocetur donatio l.ſi unquam.de reuoc. dona. C.tamen ſi tempore donationis habuerit filios & de illis cogitauerit non reuocabitur donatio. Sed ſi teſtator hæredem inſtitueret, eique uulgarem ſubſtitutum daret, mortuóque teſtatore naſcerentur nepotes, tunc æquiſsimum putarem, filium cui ſubſtitutum eſt tranſmittere ad ſuos deſcendentes hæreditatem excluſo ſubſtituto. Prudens enim teſtator ſemper ſolet ſuam ſobolem & poſteritatem extraneo ſubſtituto anteferre. L. Lucius circa fi. ff. de hæredit. inſtitut. Tu tamen etiam atque etiam conſidera, an lex unica de his qui ante apertas tabulas cum diſtinctione hac procedere poſsit, an non indiſtinctè quod ultimum æquitas ſummoperè ſuadet.

¶Tertia ſpecies transmiſsionis eſt quæ uocatur Trãſmiſsio l.cum in antiquioribus.

C.de

C.de iure deliberandi,ubi cauetur quòd ſi is cui eſt delata hæreditas intra annum deliberandi moriatur,Ius deliberandi tranſmittit ad quoſcũque heredes intra dictum annum d.L.cum in antiquioribus. Quid ſi eo caſu hæredi inſtituto ſubſtitutum teſtator dediſſet,& hæres intra deliberationis annum deceſsiſſet, an ſucceſſores hæredis defuncti iure tranſmiſſionis ſubſtitutum excluderent, an non?Iuris quæſtio eſt, Doct. In d.L.i. de uulg.ff.tenent ſubſtitutũ excludi,quoniam licet inſtitutus hæres non fuerit hæres, alium tamẽ hæredem facit L.quum proponas C.de hæred.Inſtit.In contraria tamen opinione fuerunt Polytus & Zaſius quòd imò ſubſtitutus præferatur uenIẽti uirtute tranſmiſsionis d.L.cum in antiquioribus: & ego in eorum ſententiam pedibus eo, quoniam ſucceſſores hæredis neq; ueniunt ex uerbis legis neq; ex mente teſtatoris,ſicut ſubſtitutus. Nec obſtat eum eſſe effectum primum ſubſtitutionis uulgaris,ut hæc uerba, ſi hæres non ſit,hãc interpretationem accipiant, uel alium hæredem non fecerit:ſic enim explicari

plicari debent hæc uerba, uel aliũ hæredem non fecerit ex facto ſuo, ſcilicet ex aditione non autẽ aliter. Nec (inquam) obſtat text. in L. unica. §. In nouiſſimo C. de cad. toll. cui facit ſatis Zaſius in tractatu ſuo ſubſtitutionum, Vide apud eundem.

Secunda quæſtio eſt quæ exiſtit ex hoc effectu primo, Si ſubſtitutus datus fuerit filiofamiliâs uel ſeruo & is filiusfa. uel ſeruus repudiet, utrum dominus ſerui uel pater ſubſtitutum excludit? Tu dic ex mente ſcribentium l. i. de uulg. ff. quòd ſi ſeruus fuerit hæres inſtitutus, datúſque ei fuerit ſubſtitutus, tũc ſi ſeruus repudiet non facit dominum hæredem ſed locum ſubſtituto l. quum proponas C. de hæred. inſt. quæ omnia an uera ſint in filiofamiliâs hærede inſtituto dubitant doct. Concludunt tamen quòd licet filiusfamiliâs repudiet hæreditatẽ nõ facit propterea locum ſubſtituto, quoniã primus effectus uulgaris ſubſtitutionis eſt, ut hæc uerba ſi hæres non ſit, interpretentur uel alium hæredem non fecerit, ſed filius repudiando fa

cit

cit patrem hæredem ſi adiuerit pater l.cum non ſolũ·§·ſancimus ita,uerſic.ſimiliq; modo,ibi,quaſi pater ab initio fuerit inſtitutus de bonis quæ liberis C.Igitur fatendum erit in caſum repudiationis per filium factæ ſub ſtituto præferri,& hanc opinionem ueram eſſe tradit Zaſius in ſuo Subſtitutionum tractatu.Ego autem ut res magis ſit perſpicua, reiectis friuolis quibuſdam argumentis per Polytum excogitatis contra cõmunem,pro communi aſſero hanc conclusionem.

Filio repudiante pater admittitur ſubſtituto excluſo.facit pro hac cõcluſ. quoniam d.l.fin.conceſsit quòd pater poſsit adire hæreditatem repudiatam in utilitatem filii inſtituti.Nam ſi pater ſit hæres ipſe filius reputatur hæres l.licet·§·pater nos de uerb. ſignif.Dicitur enim quaſi dominus uiuẽte patre·§·fui de hær.qualit. & differ. Hinc dicebat. iureconſ.in l. nihil·§·i. ff. de bonis quæ liberis.quòd id totum quod acquirebat pater filio,id totum parabat.Vnde lex præſumit quòd pater adeundo, filio repudiante cœperit bonũ conſiliũ pro filio l.ſi filius C. de pa-

de patria poteſt. Igitur fateri neceſſe eſt ſubſtitutum excludi, quoniam illa cauſa propter quam teſtator prætulit ſubſtitutum inſtituto, militat etiam iſto caſu, quum filius dicatur quaſi hæres hæreditatis defuncti ſi pater ſit hæres. Secundo pro hac concluſione facit quoniam teſtator præſumitur uelle actum gerere ſecundum qualitatem & conditionem eius cum quo actum gerit L. fin. uerſic. Is quoq;. de ſponſa. C. l. ſi is à quo §. uxor. ff. ut in poſſeſſ. lega. eatur. notat Bart. in l. Meuia §. uxore. ff. de annu. lega. ubi ſi uxor contrahat matrimoniũ cum uiro uagabundo, quòd tenetur eum ſequi quia uidetur cõtraxiſſe attenta qualitate perſonæ. Ita à ſimili mihi licet dicere, quòd quando teſtator filiumfamilias hæredem inſtituit & ei ſubſtitutum uulgarem dedit, uidetur ſolum dediſſe in hunc caſum quo filius hæres non eſſet patre conſentiente: quoniam qualitas perſonæ filii eſt ut non poſſit repudiare hæreditatem ſibi delatam in præiudiciũ patris d. L. cum non ſolum §. ſimili modo. de bonis quæ lib. Quarè ſi filius repudiet nõ

faciet locum ſubſtituto uulgari. Et hæc opinio uidetur uerior iuxtà & æquior licet contra eam moueantur Vltramontani multis mediis, ad quæ congrua reſponſa habes per D. à Ripa in L.i. de uulg. tu igitur eum conſule. Eam modo limitant Doctores à uero abeſſe quando eſſet talis perſona ſubſtituta quæ ex uериſimili mēte diſponentis patrem excluderet, ueluti ſi mater filium ſuum impuberem hæredem inſtituiſſet, & ei uulgariter ſubſtituiſſet fratrem, tunc ſi filius repudiet hæreditatem ſubſtitutus admittetur excluſo patre quia uerîſimiliter teſtatrix magis dilexit fratrem quàm maritū. Et hanc communem limitationem aduerſus Iaſ. defendit Polytus, quæ benè probatur per L. ii. C. ad Orfic. & ex l. quidam ita ad Trebell. l. fin. C. de Inſtit. ſubſtit. & reſtit. Neque tunc obſtabit text. in d. l. non ſolum. § ſimiliq́ue modo, quia ratio ibi inſerta ceſſat quando ſubſtitutus eſt charior teſtatori, tunc ſi quidem pater non uidetur inſtitutus. Contra tamen præfatam limitationem uidetur obſtare mirabilis

text.

text.in l.is qui hæres.§. neque.ff.de acquir. hæred.ubi lex magis conſiderauit commodum patris quàm uoluntatem teſtatoris. Sed ad illum text. poſsis reſpondere tum procedere quando ſubſtitutus nullus datus eſſet, quoniam ſi fuiſſet datus ſubſtitutus iure ſſorum filius repudians patri præiudicabat arg.l.quum proponas.& l.ſi paterfamiliâs.de hæred.inſtit. ubi ſeruus repudians facit in domini ſui detrimentum locum ſubſtituto, quantò magis filius in damnum patris, arg.eorum quæ notantur in l.filius paciſcendo, & in l. ſeruus.C. de pactis. Tu igitur exactius rem circumſpice.

Secundò limitatur hæc concluſio nõ habere uerum, quando filius tacitè repudiaret, ut quia permittit tempus elabi à iure præfixũ, intra quod deberet hæreditatem adire, quoniam tunc non ſolum filio, ſed etiam patri nocebit talis tacita repudiatio, & ita communiter defendunt omnes doct.in l.i.de uulg.ff.Doct.in l.ſi is qui. ff. de acquir.hæredit.Iaſ. in rub. qui admitti ad bonorum poſſeſſ. poſſunt. Eo enim lo-

co Iaſon diſputat, an in agnoſcẽda bonorum poſſeſsione plus operetur expreſſa repudiatio quàm tacita, nihil tamẽ decidit. unde tu poſsis audacter dicere quòd expreſſa repudiatio nocet patri, ſicut tacita in agnoſcenda bonorum poſſeſſ. Id probatur per tritam regulam, qui poteſt adire, poteſt repudiare, & uice uerſa, qui non poteſt adire non poteſt repudiare. l. is qui. ff. de acquir. hæred. modo filius poteſt agnoſcere hæreditatem ſibi delatam, ignorante patre. l. i. qui admitti ad bon. poſſeſſ. poſſunt. C. ergo & repudiare poterit: licet ſecus ſit in hæreditate, quoniã in ea expreſſa repudiatio facta per filium patri nõ nocet, ſicut & tacita, pro qua limitatione doct. allegant tex. in l. fi. ff. quis ord. in bon. poſſeſſ. ſeruetur. Hæc tamẽ limitatio permultũ mihi dubia uidetur, quia ſi expreſſa repudiatio non nocet patri, ergo nec tacita repudiatio noceret patri, quum regulariter expreſſa repudiatio plus noceat quàm tacita gloſ. in l. pri. § ſed uidendum. in gl. in uerbo, ſuccedat de ſucceſſ. edicto ff.

Neque

Neq; incommodat l. fin. communiter per Doct. allg. quoniam procedit illa l. patre habente notitiam termini præfixi filio ad adeũdam hæreditatem, quo caſu ſi pater filium hæreditatem adire non iuſſerit tunc uidetur excluſus per regulam generalem, Qui tacet, conſentire uidetur. Neq; obſtabit etiam ſi dicas ut quidam ariolati ſunt, quòd ſolus curſus tẽporis illud operetur: id enim falſum eſt. Nam ſola tẽporis diuturnitas aliquid nõ operatur ut not. Lud. Roma. in l. ſciendum, de uerb. oblig. ff. ubi uoluit quòd ſi appareat hoſpitale constructum, & ibidẽ diuina officia celebrata publicè, præſumi authoriate Epiſcopi cõſtructum, & ita notat Archid. c. nemo. diſt. i. non quòd diuturnitas ſola illud operetur ſed ea temporis diuturnitas cõiuncta cum diuinorũ celebratione: quæ duo præſumptionem afferunt ſolennitatem authoritatis interueniſſe. Si uerò obiicias quòd diuturnitas temporis facit præſumi iuſſum præceſsiſſe l. ſi filius hæres C. de petit. hæredit. Reſpondeo, in d. l. ſi filius, pater

ſciebat hæreditatem delatã filio, eundémque adiuiſſe, & ideò facit peruulgata regula, Qui tacet conſentire uidetur. Atque ita intelligere illum text. non eſſet (ut cũ Pſalmographo loquar) os in cælum ponere. Si tamen uoles communem limitationem defenſare, potes tu quidem, ut dicas nõ negligentiam filii nocere patri, non malitiã illius permittẽdo tempus elabi intra quod adire poterat: ſed ius iam quæſitum ſubſtituto propter lapſum temporis patri nocere. Cognito igitur an repudiatio facta per filium cui ſubſtitutum erat uulgariter noceat patri, uidere operæ prætiũ eſt, An repudiatio hæreditatis facta per Monachum cui uulgariter ſubſtituerat teſtator noceat monaſterio, & nõ nocere putat. Barth. i. l. de uulg. Scias tamẽ quòd ſi Monachum æquiparamus ſeruo, res erit indubitata cõtra doctr. Barth. nocituram uidelicet hæreditatis repudiationem monaſterio: ſi uerò æquiparemus Monachũ filiofamiliâs, tunc quæ ſuprà de filiofamiliâs dicta ſunt eadem Monacho adſcribas: ut quemadmo

dũ repudiatio facta per filiũ̃familiâs non nocet patri, ita ne noceat quidem repudiatio facta per Monachum.
Quid igitur amplexandum? Videtur Monachus rectè in iure æquiparari ſeruo glo. in l. cũ hæredes.§.fin. & ibi Barth.ff.de acquir.poſſeſſ.gl.penult.in l. pædius.ff.de arbitr. Pro quibus corroborãdis dic primò, æquiparari in materia ſtipulationum Barth.l.i.ff.de ſtipul.ſeruorũ.ubi dicit omnia quæ in illo titulo traduntur uendicare ſibi locum in Monacho. Secundò æquiparantur in materia acquiſitionis, nã quemadmodum quicquid acquirit ſeruus, acquirit domino.l.placet.ff.de acquir. hæredit. ita Monachus monaſterio.de ſtatu reg.ca. cum ad monaſte.cap.cum olim, le ſecond, de priuilegiis: adeò ut nec minimum teruncium poſsit ſibi retinere, Bart. in auth. ingreſsi. de ſacroſ.eccl. xii. quæſt.i.ca.nolo. Tertiò æquiparãtur, quia quemadmodum legatum delatum ſeruo, ſolus dominus poteſt repudiare.l.legatum.ff.de leg.i. ita etiam poteſt ſolus abbas legatum dela-

tum Monacho repudiare, & ita tenuit Iaſon in d.l. legatum. licet monaſterii conſenſum interuenire debere nixus fundamentis ſatis lenibus tenere uoluerit Ioan. Baptiſta Cuma.in d.l.legatū. Item monachus delinquens, ſi nimis acriter uerberetur ab Abbate, ſine eius uenia fugere de monaſterio poteſt, ſicut ſeruus à domino. l.prim.§. dominorum, qui ſunt ſui uel alieni iuris. Bald.in cap.ad audientiam de appellati. Igitur ex ſupradictis concludere habemus, quòd quemadmodum ſeruus repudiando facit locum ſubſtituto, excluſo domino: ita etiam monachus repudiādo nocebit monaſterio, quum locum faciat ſubſtituto. Et hæc opinio uidetur poſſe ſuſtineri in iure, cui etiam adhæſit Franciſcus Aret.in cap.in præſentia. de probati. Sed quia in conſulendo & iudicando propenſiores eſſe debemus in Eccleſiā, l. ſunt perſonæ.de relig.ſumpt.funer.cap.ſi.de re iudic. Ideò monachum filio æquiparabimus ut non ſit pernicioſa monaſterio eius repudiatio, ut tenuit Barth.& hanc æquiparationem comprobāt iure doct.in d.l.i. quæ

omnia

omnia uidere tibi licet latè per eos tractata. Scias tamē uelim, eſſe indubitatū quòd reſpectu bonitatis Monachus nō æquiparatur ſeruo. Nam in ſeruo bona eſt conſequentia, ſeruus ergo fur. gl. in l. Iulia §. i. de act. emp. gl. in Auth. de exhib. reis circa finem, quæ loquitur de ſeruitore uel famulo fugiente, ut præſumamus ſubripuiſſe quod domi deficit, iuxta illud,

Quid domini faciet, audet quū talia fures?

Non autem ſic in Monacho in quo ex laudabili & honeſta uita ceſſat omnis macula. In Auth. de Monach. in princip. Reprimamus calamum, & de primo effectu expediti, progrediamur ad ſecundum.

¶ Secūdus effectus uulgaris ſubſtitutionis eſt, quo teſtamentum accipit robur ab expreſſa uulgari l. iii §. fin. ff. de lib. & poſth. Quem effectū dilatant doct. ut non ſolum teſtamētum accipiat robur à ſubſtitutione uulgari expreſſa, ſed etiam à tacita contenta ſub expreſſa pupillari. Quo fit ut iniquè Alexandrum conſuluiſſe dicamus, cōſil. lxxxviii. ii. uolum. conſil. ubi ſi teſtator uētrē uxoris inſtituerit, & ſi naſceretur

maſcu-

maſculus, qui in pupillari ætate decederet ei ſubſtituit Titium, ſi uerò naſcerentur fœminæ inſtituit eas in CCCC. libris: uenter poſtmodum nihil peperit, utrum ſubſtitutus admittatur? Negat admitti Alexander, quia in altero caſu naſcentium fœminarum ſubſtituto nihil reliquerat. Sed ego per ſupradicta contrà exiſtimo, ſubſtitutũ admitti ex tacita uulgari, contenta ſub expreſſa pupillari, quum ab ea robur accipiat teſtamentum. Nec te grauiter impellat quod uoluit Alexander, dico enim quòd caſus non omiſſus eſſe uidetur in caſu naſcẽtium fœminarũ, quum conſtet de uoluntate defuncti, qui reliquit fœminis CCCC libras: quoniam reliquũ hæreditatis ad ſubſtitutum peruenire uoluiſſe uidetur. Et licet inſtitutio de re certa facta, nullo dato cohærede trahatur ad uniuerſitatem l.i.uerſic.ex fundo.ff. de hæredib.inſtit.l.cohæredi.§.nõ ſolum.ff. de uulg.ſi tamen eſſet ſubſtitutus uniuerſalis, ut in hoc caſu eſt, inſtituto in re certa tunc præferri debet, eo quòd ex tacita uulga-

uulgari uocatus inſtituto in re certa præfertur, Corneus conſil. cxxiiii. in ſecundo uolumine.

¶ Tertius effectus uulgaris ſubſtitutionis ſecũdum Doctores eſt, quod uulgaris ſubſtitutio continet ſub ſe tacitam pupillaré l. Iam hoc iure, de uulg. ff. l. quamuis. de im pub. & aliis ſubſtitut. C. Sed aduerte quoniam iudicio Polyti & Zaſii impropriè loquuntur Doct. Nam uulgaris non continet Pupillarem, quia contineret unum ſibi contrarium. Vulgaris nempe ſubſtitutio cõcipitur per hæc uerba, ſi hæres nõ ſit, & Pupillaris per hæc uerba, ſi hæres ſit, ut latius infrà dicemus. Quarè rectius dici poſſet Pupillaré ſubſtitutionem porrigi & extendi ad expreſſam uulgarem per text. in l. quãuis C. de Impub. & aliis ſubſtitut. Non tamẽ ambigo quin Doct. iſtud optimè animaduerterint, ſed ex compoſito ſic eos loquutos puto, ut facilius intelligerentur. Hunc itaq; effectum procedere etiam matre exiſtẽte in medio teſtificatur Barth. in d. l. i. Veruntamen illa tacita pupilla

pillaris nullum effectum operabitur cōtra matrem, quod ſic probat Bart. nam ſubla ta matre de medio, poſt teſtamentum ante mortem filii tacita pupillaris locū habet l. fin. de inſtit. ſubſtit. & reſtit. Igitur dici conuenit illam tacitam pupillarē à princi pio contineri ſub expreſſa uulgari, quia ſi non contineretur à principio nec etiam ex poſtfacto. l. ſi ita. ff. de auro & arg. legato. quoniam ſecundum Aretinum in l. centu rio, de uulg. ff. impoſsibile eſt quòd mor- tuo teſtatore ſubſtitutio quæ nunquā fuit ab eo facta aliquo caſu recèns oriatur, quū uoluntas teſtatoris morte finiatur. l. cum hi in fine. ff. de donati. l. iiii. ff. locati. nota- tur in. l. centeſimis § fin. ff. de uerb. oblig. Hæc tamen doctrina Barth. multis ratio- nibus impetitur per doctores, ut apud Lā- cel. Galeol. in d. l. centurio. Ideò ego legen- do apud Tholoſates defendi aliquādo hāc opinionem, quòd matre exiſtente in me- dio, pupillaris continebatur ſub uulgari expreſſa: ſed in circo doctor quidam Tau-
rinenſis

rinenſis hoc fundamẽto me adoriebatur. Tacita pupillaris nec ex uerbis teſtatoris nec ex mente compræhenditur ſub expreſſa uulgari, ſed uenit ex mera & ſola legis interpretatione l. Iam hoc iure, &ibi notãt Doct. de uulg. ff. modò ad quid lex hanc ſubſtitutionem ſubintellexiſſet matre exiſtente in medio, quum poſsit euenire caſus quo locum non habebit ut pupillo decedente relicta matre ſuperſtite: & ſic fruſtra eſſet ſubintellecta à lege, cuius natura eſt fruſtra nihil admittere. l. ſed & ad eos ff. ex quibus cauſis maiores & l. hæc ſtipulatio ✠ diuus. ut lega. ſeu fideicom. nomine caueatur, &. l. i. ff. de eo quod met. cau. Sed hæc ſubtilis conſideratio iure meo iudicio recipi non poteſt, quia ſi uera eſſet, conſequens quoque foret matre etiam non exiſtente in medio pupillarẽ tacitam nõ contineri à uulgari, quia fieri nõnũquã poſſet ut locũ non haberet tacita pupillaris, filio ſcilicet præmortuo teſtatori, quod

tamen

tamen falſum eſt ut not. in L. Iam hoc iure. Sic habes quid aduerſus iſtud fundamẽtũ dicas. Tu tamen in hac re ailter ſentire poteris cum Aretino in d. l. Cẽturio quod in tali tacita pupillari ſubſtitutione cõprehenſa ſub uulgari expreſſa ineſt tacita conditio ſi mater non extet tempore mortis pupilli d. l. fin. Sic confirmatur. Videmus expreſſam prouiſionem è cõditione tacitè colligi ex præſumpta mente teſtatoris ſcilicet, ſi perſona magis dilecta à teſtatore non ſit in medio l. cum acutiſsimi C. de fideicom. Ad hanc opinionem ſi te aggreges, non obſtabit quod conii cere forſan potes, ultimas uoluntates non debere remanere in ſuſpenſo l. fin. C. comm. præd. Iaſon in l. ita ſtipulatus. ff. de uerb. oblig. Ita enim reſpondeo, ex uoluntate teſtatoris poſſe quædam in ſuſpenſo remanere gl. in d. l. fin. ff. comm. præd. in uerb. defunctorum. probatur ex titulis de Conditi. Inſtitu. & de Inſtitu. & ſubſtitu. & reſtitu. ſub conditione factis C. Alcia. lib. Parad. i. cap. xii. Hæc tamen omnia latius uideas per Galeolam in d. L. Centurio.

Nunc

Nunc uerò circa hunc tertium effectum aduerte ultra Doct. quòd ſi expreſſa uulgaris eſſet facta ei qui non eſt in poteſtate, ſi tamẽ poſtmodum incœperit eſſe in poteſtate, tunc incipiet contineri tacita pupillaris ſub expreſſa uulgari. Nec obſtabit quòd ab initio non continebatur, quia ego nolo nunc eam cõtineri tanquam olim expreſſam, ſed ut reſultantem ex uulgari expreſſa: quæ omnia enotare diligenter debes.

¶ Cæterum limitant Doct. iſtum tertium effectum, ut non procedat quando conſtaret de uoluntate teſtatoris, quoniam eo caſu ſub uulgari expreſſa non contineretur tacita pupillaris, & ad eam uoluntatẽ probandam ſufficiunt duo teſtes ſecundum Doct. l. hæredes palam. uerſic. ſed & ſi notam. ff. de teſtamen. Non defuerunt tamen qui contrariam opinionem tenuerint, ad probandam teſtatoris uoluntatem fuiſſe, tacitam pupillarem non contineri ſub expreſſa uulgari, requiri ſeptem teſtes, quũ efficaciores probationes quærere debeat qui allegat id quod non eſt ueriſimile. cap.

quia

quia ueriſimile non eſt.de præſump.extra. Huc accedit,quòd ut quodq; producitur ſic reſoluitur,quum eadem ſit ratio corruptionis & generationis l.prout quiſq;.ff.de ſoluti. Quarè uidemus quòd minus ſolénis non tollit ſolennem diſpoſitionem ✠ ex eo Inſti. quib. mod. teſtamenta infirm. Reſponderi autem poſſet ad d ✠ ſed & ſi notam, ſi quis huic opinioni ſubſcriberet, ibi teſtes fuiſſe productos ad declarationẽ teſtamẽti, túmq; fateor unum & alterum ſufficere d.l.hæredes palam uerſic.ſed & ſi notam.Sed quando teſtes eſſent producti ad probandã nouã diſpoſitionẽ uel diſpoſitionis limitationẽ túc requirerẽtur ſeptẽ teſtes,ita tenuit Baldus conſil.cl. in iii.uolum.Ego tamen probabilius putarem iuxta communem limitationem duos teſtes ſufficere ad probandam teſtatoris uoluntatem,ut ſub expreſſa uulgari nõ contineatur tacita pupillaris d.l.hæredes palam.Prædicta enim fundamenta alió pertinent,ut puta quando agitur contra expreſſam diſpoſitionem:ſed in hoc caſu noſtro agitur ad probandum contra tacitam

incluſionem & extenſiuam interpretationem, in qua ſpecie ſufficiunt duo teſtes arg, eorum quæ notantur in L. Iuriſgentium. §. quod ferè de pact. Vna enim cõiectura aliam perimit l. diuus. ff. de integr. reſtitu. l. non ſolum. §. de uno. ff. de ritu nupt. & ita tenet Baldus in l. quãuis de impub. & aliis ſubſtitut. C.

Secundò limitatur iſte tertius effectus, ut non procedat ſtante ſtatuto, quod iubeat uerba teſtatoris ut iacent intelligi debere, quia tunc expreſſa uulgaris non contineret tacitam pupillarem. Id multis rationibus probãt doct. in l. i. de uulg. Ioannes Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. ſed iſtam ego opinionem non amplector, quia ſi uera eſſet, antiquaretur aurea illa & laudanda Papiniani deciſio in l. cum acutiſsimi C. de fideicom. Facit & ſecundo, quòd per tale ſtatutum non tollitur interpretatio uerìſimilis ex mẽte ſtatuti, Raphael Cuma. conſil. cxxvi. Vnde etiam legimus ſi ab aliquo ſtatuto prohibeatur appellatio, ſic accipi debere, friuolam demum appella-

tionem prohibitam, non legitimam uideri. ut notat Panormit. in cap. ut debitus honor, extra de appellati.

¶Quartus effectus, uulgaris ſubſtitutionis eſt, per quam ſucceditur teſtatori tantum §.i. inſtit. de pupill. ſubſtitu. Bart. in d.l.i. in quarto effectu.

¶Quintus, idémque ultimus effectus, uulgaris ſubſtitutionis eſt, quum de ſuo & neceſſario fit uoluntarius. l. ſi filius hæres. ff. de liberis & poſthumis: quod an ſit uerum déque ſano intellectu illius. l. ſi filius hæres, uide quæ antea diſſertaui in primo effectu in materia tranſmiſsionis, quarè id pluribus uerbis nolo inculcare.

¶Poſtremo loco uidendum eſt quomodo extinguatur uulgaris ſubſtitutio, extinguitur ergo per aditionẽ hæreditatis uulgata l. poſt aditam, de impuberum & aliis ſubſtitu. C. hæc uerò limites non procedere multis modis, quos uideas apud Iaſ. d. l. poſt aditam. Limitatur tamen notabiliter quando minor adiiſſet, & poſtea reſtitueretur, quia tunc ſubſtitutus admitteretur l. ex cõtractu. ff. de re iudicata. Quæ an ue-

ro ſit conſentanea, uide Sebaſt. ſapie. in d. l. poſt aditam. Et hæc interim de uulgari dicta ſint à nobis, ad alia properantibus.

DE PVPILLARI SVBſtitu. Cap. II.

AD Huius Subſtitutionis Pupillaris promptiorem intellectum, ſequentia rectè atque ordine perluſtranda ſunt. In primis quid ſit Pupillaris ſubſtitutio, & quo iure ſit introducta. Secundò, quamobrē ſit inuenta. Tertiò quibus uerbis fiat. Quartò, quæ requirātur ad ualiditat pupillaris ſubſtitut. Quintò, quos effectus operetur. Poſtremò, quomodò extinguatur. ¶Pupillaris ſubſtitutio, ut primū attingamus, ea eſt, quæ fit pupillo, ut ei decedēti intra pupillaria ſuccedi poſsit. l. in pupillari. de uulg. ff. Et hāc moribus fuiſſe introductam iure comprobatum eſt. l. moribus. de uulg. ff. & ſi doctores in ea lege ad nauſeam uſque diſſerant, An hæc ſubſtitutio ſit de iure ſcripto an non. Sed ex plurimorum doctorum lectione affirmare po-

tes hanc à principio moribus introductam fuiſſe, ſed poſtmodum per ius ciuile reformatam, in qua & multa addita ſunt per ipſum ius ſcriptum, ut eam de iure ſcripto eſſe dicere poſsimus. l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iure.

¶Quamobrẽ uerò introducta ſit hæc pupillaris ſubſtitutio, tractant Doctores in l. ii. de uulg. ff. eam in merum filii commodum introductam eſſe aſſerũt qui propter ætatem teſtari non poterat: ſed contra id obſtat mirabilis text. in l. Cum quidã. C. de lega. ubi Imperator eironicè loquens ſubnectit hæc uerba, maximam ſcilicet oſtendens ad filium affectionem pater, cui nihil emolumẽti quidem reliquit, ſed poſt exhæredationis iniuriam etiam ſubſtitutionem ei abdidit, quæ uerba finalia ſi quis ponderet certè iudicabit pupillarem non in cõmodum filii introductam fuiſſe: nec uideo congruum reſponſum niſi dicamus Imperatorem noluiſſe in d. l. cum quidam eironia uti, ſed admirari affectionem patris in filium. Nam quum filium tanquam

extrâneum &penitus incognitũ rebus ſuis deieciſſet pater eũ exhæredando, tamen poſtea eum cognouit tanquam filium faciẽdo ei ipſi pupillarem ſubſtitutionem, & ut huic intellectui aſſentiar me urget dictio etiam, in text. poſita, cuius natura eſt ſenſum minus dubium implicare ſecundum Raph. Ludouic. Romanum & recentiores in l. qui ſe patris C. unde liberi. Alex. conſil. xxiii. uolumi. quinto.

¶Sed circa prædicta ſolet dubitari ſi pater non faceret pupillarem ſubſtitutionem filio, & moreretur impubes, an diceretur mortuus inteſtatus? Ad quod reſpondent Doct. in l. generaliter C. de inſtitut. ſubſtitut. & reſtitut. Impuberem non propriè dici inteſtatum per text. in l. i. ff. de ſuis & legiti. hæredib. ubi is nõ propriè dicitur decedere inteſtatus qui factionem teſtamẽti non habet. Vnde & in hac re exiſtimat Salyc. ut quũ lege municipali caueretur uerba in propria ſignificatione accipiẽda inteſtatũ in ea nõ cẽſeri pupillũ quoniã id ex cõmuni uſu loquendi non autem ex propria

ſignificatione uenit. Bartholus quoque in l.labeo.de ſupellect.leg.ff:dicit quod ex cõmuni uſu obſeruatur non uenire ex propria ſignificatione ſed ex figurato ſermone quod mihi nunquam ualdè placuit. Nã proprietatis uerborum uim & ius penes uſum eſſe uidemus, ut in l.labeo, de ſuppellect.legata, ubi reſpondit Labeo ex communi uſu nomina debere exaudiri, l. cum de lanionis ·§· aſinam.ff.de fundo inſtr.
¶ Eſt etiam quando iureconſultus rem declarat ex conſuetudine & uſu loquendi, ut uidere eſt in l. Anniculus.ff.de uerb.ſignifi. Inhæreóque huic opinioni tenaciter ut ſub ſtatuto loquente de inteſtatis cõpræhendãtur impuberes pupilliue. Quod confirmatur hac ratione non pœnitenda. Nã appellatione beſtiarum feræ continentur l.i ·§· beſtias. ff. de poſtul. tamen ex communi uſu omnia etiam domeſtica cõpræhenduntur, ut uoluit Felynus in procœmio decret. Matth. Matheſill. ſingulari LXXXXCVI.

Tertiò

Tertiò exigendum quibus uerbis ſit hæc pupillaris ſubſtitutio. Tu igitur dic ex mente ſcribentium in d.l. ii. de uulg. ff. quòd ſi conſideremus uerba quæ referũtur ad eum qui ſubſtitutus eſt ſemper ſunt affirmatiua, ſed ſi ea quæ referuntur ad eum cui ſubſtituitur ſemper ſunt priuatiua. Nec obſtabit ſi dixeris uerba cõcepta in hac ſubſtitutione ſi Titius hæres ſit, eſſe affirmatiua non priuatiua: Id enim uerum & certum eſt, ſed obiectio tua ſic eluditur, talia uerba non eſſe de eſſentia ſubſtitutionis pupillaris, quod patet quia poteſt fieri exhæredato pupillaris ſubſtitutio d.L.ii.de uulg.ff. Poſteriora autem uerba pupillaris ſubſtitutionis, quæ ſunt hæc ſi pupillus deceſſerit, ſemper neceſſaria ſunt ut exprimantur.

Vnde pro regula ſemper obſeruandum eſt ſecundum Baldum in l.precibus, de Impub.& aliis ſubſtitu.pupillarem ſubſtitutionem per uerba importantia pupillarem ætatem fieri oportere, in hunc ferè modum, ſi Titius deceſſerit in pupillari ætate Caium ſubſtituo. ſit tamen regulariter pupillaris

ſubſtitutio his uerbis, filium meum impuberē hæredem inſtituo, cui ſi hæres ſit, & in pupillari ætate deceſſerit Caium ſubſtituo: quo caſu ſi filius repudiet hæreditatē locum non facere ſubſtituto tanquam deficiente conditione putat d. Polytus, à cuius opinione recedo, nam eo deuentum eſt ut dicamus huiuſmodi ſubſtitutiones ſuapte natura conditionem habere: igitur, expreſsio unius conditionis aliam non excludet, quoniam lex coniicit ſi de alia conditione teſtator ſenſiſſet prætermiſſurum præteriturūmq; ſilentio eum non fuiſſe. Vnde & conditio poterit impleri per præſumptionem arg. l. iij. & L. quæ ſub conditione §. quoties. ff. de conditi. inſtitu. l. Iure ciuili. ff. de conditi. & demonſtrati. facit etiam quòd in ſubſtitutionibus ſit latior interpretatio, ideò ſubſtitutio collata in unum caſum porrigitur ad alium L. fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. Gallus §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Itaq; concludo quòd ſubſtitutio concepta in caſum ſi hæres erit & in pupillari ætate deceſſerit, ~~extendatur ad alium quoq; caſum, ſi hæ~~

rés

~~res erit & in pupillari ætate deceſſerit,~~ extẽdatur ad aliũ quoq; caſum, ſi hæres nõ ſit & in pupillari ætate deceſſerit quia pro utroq; caſu certat fauor pupilli ut latè Iaſon in d. l. ii. de uulg. ff. numero xxviii. tũ quia exiſtentia ſui hæredis ut pupillus cenſeatur eſſe hæres, quod pertinet ad effectum confirmationis tabularum pupillarium ut ſubtiliter aduertit D. à Ripa in d. l. ii.

¶ Nunc ſupereſt, ut quod quarto loco dicendum fuit, attingamus, uidelicet quot requirãtur ad pupillarem ſubſtitutionem gl. in d. l. ii. quinque requiſita enumerat, Bart. autem addit tria. octo igitur neceſſaria ſunt.

¶ Primò, ut is cui ſit, ſit ex liberis. Secundò, ut ſit impubes. Tertiò, ut in poteſtate patris. Quartò, quòd efficiatur ſui iuris morte paterna. Quintò, quòd non deſinat eſſe in poteſtate. Sextò, pater ſibi ipſe faciat teſtamentum. Septimò, filius uel ſit hæres inſtitutus uel exhæredatus. Octauò, patris adeatur hæreditas.

¶ Redeo ad primum. Sciendum, eum de liberis

beris eſſe oportere, cui ſit pupillaris ſubſtitutio : neque res hoc caſu dubium habet per textum, in l. ſecund. de uulg. ff. Porrò non ſolum naturalibus & legitimis, ſed & legitimis tantum fieri poteſt, cuiuſmodi ſunt, qui per leges liberorum loco adſcribũtur, ueluti adoptati ab aliquo aſcendente, uel paterno uel materno, quoniam in eorum parentum poteſtatem tranſeunt l. penult. §. ſi uerò. C. de adopt. § ſed hodiè ii. reſp. inſtit. de adop. Item & arrogatis liberis fieri poteſt. l. ſed ſi plures. § arrogato. ff. de uulg. l. cum in adoptiuis, de adopt. l. ſi arrogator. § fin. ff. de adopt.

¶ Secundò, neceſſe eſt impuberem eum eſſe cui ſit pupillaris ſubſtitutio de uulg. ff. Hic quærũt doctores, ſi ſtatuto caueatur, ut minor xxv annis teſtari non poſsit, an pater poſsit ei maiori quatuordecim annis teſtamentum facere, ſicut poteſt impuberi carẽti factione teſtamenti, Reſpõdet Bart. non poſſe, pro quo facit, ſtatutum eſſe exorbitans, à iure communi: ideò nõ improprię intelligendum. l. præcipimus, de appellati

pellati.l. ſancimus, de teſta.C.l. quod uerò.ff.de leg.& in regula,quæ à iure,de reg. iur. lib.vi.Hanc Bartholi doctrinam promouet, quod conſiderandum arbitror: ut inſpiciatur principalis ratio ſtatuẽtes mouens.l.qui exceptionem, de cõdict. indeb. arg.l.rogaſti,& l.ſi quis nec cauſam,ſi cert. pet.ff.Sed in d.ſtatuto principalis ratio cõditorum fuit fauor matris & agnatorum. Ideò ſi per prædictum ſtatutum liceret patri nomine filiorum teſtari, per talem teſtamenti factionem mater excluderetur cum agnatis.l.Papinianus.§.ſed nec impuberi. ff. de inoffic.teſt.cap. ſi pater. de teſtam.lib.vi. Id autem menti ſtatuentium repugnat,non igitur dicendum : quæ ſententia plauſibilior mihi uidetur,quicquid in contrarium dicat D.à Ripa.

¶ Tertiò,oportet filios eſſe in poteſtate parentum antè quàm ulla eſſe poſsit ſubſtitutio pupillaris d.l.ii. Ex quo elicio,Francigenas ſubſtitutionem pupillarem filiis facere non poſſe, quum filios in poteſtate non habeant ſecundum gl. in.§. fin.inſtit.

de pa

de patria pot.in uerbo,Romanorũ, quam ſingularem dicit Bald.in·§·ſi duo.in tit.·de duobus fratribus de nouo benefic.Inueſtitis. Alex.in l.qui in poteſtate de teſtam.ff. Iſtud tenuit D. Benedict. in cap.Raynutius,extra de teſt. in materia pupillaris ſubſtitutionis ſub numero xliiii. Tu uerò dic iſta omnia falſa, Imò francigenæ filiis ſuis ſubſtitutionem pupillarẽ facere poſſunt. Miror autem D. Bened. quî contrarium tenuerit. uidebat enim inTholoſana ciuitate ſubſtitutiones pupillares à parẽtibus quotidiè fieri, uidebat filium non uocari in iudicium ſine conſenſu patris. l. quum non ſolum ·§· neceſsitate, de bonis quæ liberis,uidebat parentes uti fructibus aduentitiorum:quæ omnia longè ſecus obſeruarentur ſi uera eſſet illius deciſio. Saluando Accurſium potes dicere,non loqui eum de noſtra Gallia,ſed de eà Francia quæ eſt in partibus Germaniæ. Idem cenſuit Galeola in l.i.de uerb.oblig.

¶Elicio ſecundò ex hoc tertio requiſito, filiis naturalibus tantum pupillarem ſubſtituti-

ſtitutionem fieri non poſſe, quum eos parentes in poteſtate non habeant §. i. inſtitut.de patr.poteſt. Si tamen cuiquam filio naturali tantum fieret pupillaris ſubſtitutio, & poſt mortem patris legitimaretur, ſubſtitutionem pupillarem reconualeſcere dicit Barth.d.l.ii.de uulg.ff.per text. in Authent.ſi quis C. de natural.liberis. Sed contra iſtam Barth. deciſionem obſtant quæ uoluit Io. Andr.in cap. Innotuit. de elect.ubi ſi illegitimus eligatur in prælatum non confirmatur electio per ſequentẽ legitimationem. Tu dic in electione ius reſiſtere ab initio, & cõſiderari præciſè tempus electionis quæ non habet tractum ſucceſsiuum cap.dudum,de electi. Ideo reconualeſcere non poteſt: ſed in caſu Barth.legitimatio fingit filiũ eſſe in poteſtate patris tempore pupillaris ſubſtitutionis l. fin. de natal.reſtitut. ff. l qui in prouincia §. i.de ritu nupt. ff. nec illam factionem ſed tantum rei ueritatem in electione ius Canonicum conſiderauit.

Miratur tamen Polytus quomodo legitima tio

tio poſsit retrotrahi quum non habeat pri-
mum extremum habile:ſed tenuit ſaluando
Bartholum quod quando cōſtaret de uolun
tate teſtatoris,ut qui dixerit ſe facere uelle
ut legitimaretur filius,tunc enim illa ſubſti
tutio pupillaris eſſet ualida quia qui prope-
diem cingendus eſt pro iam cincto habetur
uulgata l.penul.ff.de milit.teſtam.ſecus ubi
non conſtaret de uoluntate teſtatoris , quo
caſu legitimatio facta poſt mortem non ua
leret, ne præiudiciũ fieret legitimo hæredi:
ſicut nec re ſic habente ualere poteſt pupil-
laris ſubſtitutio ex ſentẽtia Polyti & Zaſii.
Ego tamen aliter iudico,quum pater facien
do pupillarem ſubſtitutionem ſatis id uo-
luiſſe uideatur,etiam ſi non expreſſerit: quia
qui uult conſequens & uelle debet antece-
dens neceſſarium ad id cõſequens l.illud. ff.
de acquir. hæred. l.ii.ff. de iuriſd. omnium
iud.l.ad legatum, l. ad rem mobilem. ff. de
procura.& ideo legitimatio facta poſt mor
tem teſtatoris ualebit tanquam actus pro-
ueniẽs ex uoluntate teſtatoris.Tu tamen li
brabis uerba noſtra.Neq; tamen eſt quod te
moue-

moueat Polytus, uix fieri poſſe, ut legitimatio retro trahatur quæ maximè primũ extremum non habeat habile, fingens quẽ eſſe in poteſtate: Lex enim impoſsibilia fingere poteſt, ut doctè declarat Alciatus, libro Paradox.iii.cap.xvi.

¶ Tertiò, infero ex hoc.iii.requiſ.quòd hæretici ſuis filiis pupillarem ſubſtitutionem facere nequaquam poſsint. eos enim ſuæ poteſtati non habent innexos cap.ii.§.i. de hæret.libro ſexto.

¶ Circa idem thema duo occurrunt diſſoluenda. Prius, an pater turpis perſona poſſit pupillarem ſubſtitutionem filio facere. Alterum, quo tempore filius debeat eſſe in poteſtate patris. Pater turpis ſec. Barth.in d.l.ii.nõ poteſt pupillarẽ ſubſtitutionem filio facere. quia quemadmodum aufertur bonorũ adminiſtratio filii in uita, ſic etiã in morte l.fin.C. de ſentent. paſsis. Adde ad Bart. optimè facere id quod uoluit Aufrerius in deciſionibus Capel. Tholoſ. deciſ.ccxli.patrem poſſe remittere iniuriam filio factam, niſi ſit uilis uel turpis perſona

l.ſed

l.ſed & ſi unus.§.filio.ff.de iniuriis.Doctores tamen ferè omnes in hoc caſu tenent cõtra Barth.à patre turpi ſubſtitutionem pupillarem filio fieri poſſe.Polytus patrocinatur Bartholo, quando eſſet interdicta bonorum adminiſtratio patri, quia tunc nõ poterit pupillarem ſubſtitutionem filio facere. Atqui ſi roges quid ſentiam, ſic paucis abſoluo. Quando turpitudo ea eſſet quæ filium liberaret patria poteſtate, ut ſi impoſuerit filiabus peccãdi neceſsitatem ipſe leno l.ſed & ſi lenones C.de epiſcop. audientia,non poterit ſubſtitutionem pupillarem filiis facere:ſi uerò talis ſit turpitudo quæ filios non liberet patria poteſtate,tunc ante interdictionem bonorum pater rectè poterit pro filio teſtari, ſed poſt interdicta ipſi bona ſubſtitutionem pupillarem filio facere non poterit,ſibi enim ipſe teſtamentum facere non poteſt, arg. text. & eorum quæ ibi notantur per Doctores in l. is cui. ff. de uerb. oblig.

¶Ad ſecundum dubium gl. in d.l.ii.§. ſed etſi extraneum, in uerbo, filio, reſpondet ſuffi-

ſufficere dum modò quis ſit in poteſtate tē pore mortis, quam gl. ſequũtur Doctores inducētes pro ea text. in d. §. ſed etſi extraneum, ut teſtator extraneum teſtamento ſuo hæredem inſtituerit, & ei ſubſtituerit pupillariter, atque ante quàm moreretur teſtator eum arrogauerit, tum dicunt Doctores pupillarem ſubſtitutionem per talem arrogationem confirmari. Sed iſta opinio (ut mea quidem fert ſententia) multum remota eſt à ueritate, imò crederem tempore pupillaris ſubſtitutionis quem in poteſtate eſſe debere, aliàs irritā fore ſubſtitutionem pupillarē. Nam quum neceſſe ſit priuſquàm pupillaris ſubſtitutio fieri poſsit, filium eſſe in poteſtate ut ſuprà latè diſcuſsimus. Ideò illa qualitas adiecta uerbo cenſebitur, & intelligetur tempore uerbi, ut filius ſit in poteſtate tempore quo ei ſubſtituitur pupillariter arg. L. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. act. l. Titius, & ibi Barth. ff. de teſtam. milit. Bald. in. l. præcipimus. §. ſanè C. de appell. & pro eadē opinione ſubtiliter inducere potes uer-

 ſiculū

ſiculum, ſed ſi extraneum, ut pater arroget & eum tandem hæredem inſtituat, eiue pupillarem ſubſtitutionem faciat: ualet enim huiuſmodi pupillaris ſubſtitutio, ualet etiam arrogatio. Intellige tamen quòd teſtator arrogauerit eum hoc caſu in locú nepotis, quia iam habet filium, illúdq; uoluit ſentire his uerbis, filio præcedente. Non obſtat huic intellectui ſi dicas mortuo teſtatore adoptatum recaſurum eſſe in poteſtatem filii contra. l. ii ❧ planè de uulg. ff. quoniam ad id reſpondere potes filium præcedentem non conſentire arrogationi uel adoptioni ex quo enim in. d ❧ non dicitur filius conſenſiſſe, neq; eſt præſupponendum, l. quæcunque cum ibi not. ff. de publica. l. ſciendum, & ibi doct. ff. de uerb. oblig. Vnde iſte arrogatus non eſt recaſurus in poteſtatem filii præcedẽtis quũ ipſe non conſenſerit. l. ſi quis nepotem, l. ſi is qui filium. ff. de adopt. ſecundũ quem intellectum reperies in d ❧ ſed ſi extraneũ, filiũ fuiſſe in poteſtate quo tẽpore fuit facta pupillaris ſubſtitutio, & tempore mortis.
Quar

¶ Quartum fuit in pupillari ſubſtitutione neceſſarium. ne filius in alterius poteſtatem recidat l.ii §. plané. ff. de uulg. Vnde auus ne poti pupillarem ſubſtitutionem facere non poterit, quum auo mortuo filius recaſurus ſit in poteſtatem patris, qui pro eo teſtari re ctè poterit.

¶ Quintum requiſitum eſſe diximus, ut is non deſinat eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris, cui ſit pupillaris ſubſtitutio, niſi fortaſſe ſoluatur nexibus patriæ poteſtatis, ratione dignitatis Authenti. ſed epiſcopalis dignitas de epiſc. & cler. C. nanq; ubi epiſcopalis dignitas, quem liberat patria poteſtate, adhuc tamen ualebit ſubſtitutio pupillaris, quũ nulli debeat damnoſa eſſe dignitas. l. ſi longius, in fin. ff. de iudic. l. penult. ubi Barth. ff. de ſenat.

Nacti occaſionem uideamus quod alicui ſcrupulum iniicere poſſet, an ſacerdotalis dignitas filios eximat à patria poteſtate, gl. in cap. indecorum, de ætate & qualit. extra. & gl. in cap. cum uolũtate §. i. de ſententia excommunic. extra. eximere aiunt,

ſed tu cõtra ſentias. Ita enim tenet Panormitanus, reprobans gloſas ſuprà alleg. Iaſon in l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris, ubi etiam notabiliter tradit, neque militia, neque doctoratu tolli patriam poteſtatem. Eius opinionis fuit Angelus à Periglis, in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. facit tex. in l. ſacroſanctæ, & in Auth. preſ byteros. C. de epiſc. & clericis.

¶ Sextum requiſi. eſt, patrem ſibi prius teſtamentum facere debere quàm filio. Nam ſi pater faceret filio teſtamentũ prius, non ualeret diſpoſitio d. l. ii. §. prius de uulg. ff. Iſtud limitant doctores in milite, qui ſine ullo ſuo teſtamento ſubſtitutionem pupillo facere poteſt d. l. ii. §. quiſquis. Quam tamen limitationem damnat Polytus, neç eam iure probari poſſe contendit. Pater enim poterit ſecũdum eum filio teſtamentum facere, licet ſibi ipſe non fecerit, ſed pupillarem ſubſtitutionem facere non poteſt, quin ſibi prius fecerit propter generalitatem l. i. §. ſubſtituere. de uulg. ff. ſed ego ſuprà nõ procul ab initio dixi textum

pugnare

pugnare aduerſus Polytum.l.ii.§.prius.ff. de uulg.nec ſtatuendam differētiam inter teſtamentum per patrem filio factum, & pupillarem ſubſtitutionem exiſtimo per tex.in cap.ſi pater, de teſta.lib.vi.ubi text. ſubſtitutionē pupillarem filio factam, teſtamentum appellat pupillare.

¶Septimum requiſ.eſt,filium impuberem cui ſubſtituitur hæredem inſtitui, uel exhæredari oportere.l.moribus,uerſic.ſed ſi eos de uulg.ff. ratio huius dicti alia non eſt quàm quòd diſpoſitio in qua filius neque eſt hæres inſtitutus, neque exhæredatus, nulla eſt l. inter cætera.ff. de lib. & poſth.At quæri ſolitum eſt, An rupto teſtamento ex cauſa præteritionis uel exhæredationis conſeruetur incolumis pupillaris ſubſtitutio. Et conſeruari reſpondetur per text.in Authen.ex cauſa de liberis præteri.uel exhæredatis. C.Vrget quoque non inefficax ratio, nam prædicta Auth. ex cauſa eſt inuenta in fauore m filiorū.§. & hoc diſponimus.§.cæterū.in Auth.ut cū de appella. cognoſc.Ergo debet approbari

pupillaris ſubſtitutio, ne in eius odium retorqueatur, ſi contrariũ præualeat, l. quod fauore, de leg. ff. Ad eandem quoque opinionem me uocat nõ exile fundamentum: quare enim præteritione rumpitur teſtamentum? ne præteritus uel exhæredatus defraudetur hæreditate paterna §. ſiue igitur in Authẽ. ut cum de appella. cognoſc. coll. viii. quæ ratio ceſſabit ſi dicamus pupillarem ſubſtitutionem ualere quia non priuatur propterea ſucceſsione patris. Cæterùm poterit quiuis ponderare text. in d. Authen. ex cauſa. ibi, cætera nanque firma manent. quia cæterorũ appellatione contineri ſubſtitutionem pupillarem dici poſſit. arg. text. in l. qui plures §. fin. ff. de uulg. ſed huius opinionis ſectator dicat in d. Authen. ex cauſa, alium fuiſſe præteritũ, non autem eum cui ſubſtitutio pupillaris facta eſt, & ita uoluit gl. fin. l. i. de uulg. ff. quam reputant ſingularem Boloni. & Alexander proprio ſuo loco. Quid quòd is intellectus euertit omnia fundamenta per Dom. Igneum doctorem Aurelianenſem contra

hanc

hanc opinionem poſita in d. Auth. ex cauſa. quia ut dederimus teſtamentũ pro parte nullũ eſſe ratione præteritionis uel exhæredationis, ualebit tamen pro alia, qua confirmabitur iſta pupillaris ſubſtitutio. l. in ſubſtitutione, de uulg. ff.

¶ Vltimo requiritur hæreditatis aditio ex eo teſtamento. Nam hæreditate non adita pro nihilo ducitur quod in teſtamẽto ſcriptum eſt l. ii. uerſic. adeò de uulg. ff. Limitatur quando exiſtentia ſui hæredis incidit, quia per talem ſuitatem cõfirmantur tabulæ pupillares abſq; alia aditione uel immixtione. l. filius qui ſe, de acquir. hæred. ff. l. ſi pupillus. ff. eodem. notatur in. l. ſi filius qui patri de uulg. ff.

¶ Secundo limitantur ſuperiora, quando inſtitutus ſuccederet ab inteſtato, per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti l. moribus §. Planè. ff. de uulg. Reliqua quæ præcedentibus aſſui poſſent, pete ex doctoribus. Iam nunc de effectibus pupillaris ſubſtitutionis tractemus, qui ſub quintum membrum huius materiæ includuntur.

¶ Bartholus in d.l.ii.ſubſtitutionis pupillaris quinque effectus percenſet, Primus eſt, pupillaris expreſſa continet tacitam uulgarem l.iam hoc iure de uulg. ff. Nam quòd pupillaris continet uulgarem eſt ipſius teſtatoris fauor, & quod uulgaris pupillarē amplectatur, pupilli utilitatem reſpectat merito utriuſque fauore: & propter paterni pupillariſq; teſtamenti coniunctionem hæc interpretatio admiſſa eſt. Hæc tamen tacita uulgaris compræhenſa ſub pupillari expreſſa non requirit aditionem, & ita tenuit l. i. de uulg. & in l.quidam, de iure deliberandi. Mouetur Barth. per text. in l. neque § fin. ff. de teſtam. milit. qui textus meo iudicio illud non probat: ſi enim ſedulò eum textum inſpicias, comperies loqui ſolum de ſubſtitutione fideicommiſſaria, ut iudicat § fin. in uerſic. per fideicommiſſum & c. ſic text. ille mentionem nullam facit de expreſſa pupillari. Ex ſupradictis igitur habes tacitam uulgarē contineri ſub expreſſa pupillari. Limitatur quando ea eſſet perſona ſubſtituta ut quæ tantū capax foret bonorū pupilli: tum

enim

enim pupillaris expreſſa nō continebit uulgarem tacitā. l. ſi is qui, de uulg. ff. ubi pater filio ſuo naturali & legitimo naturalē tantum, ſubſtituit. Quoniam quidem autem naturalis tantum, in totum patri ſuccedere non poteſt, non continebit expreſſa pupillaris uulgarem tacitam: quod ita demum uerū eſſe tibi perſuadeto ſi ſuperſit legitimus aliquis qui uelit ſuccedere, aliàs ſecus. Ita notat Baldus in l. i. coll. xvi. C. de ſacroſanct. eccle. D. Alexander in. l. is qui bonis, de uulg. ff. Quæ uerò dicta ſunt in naturali tātum ſubſtituto eadem quoque tribue ſpurio ſi ſubſtitutus fuerit naturali & legitimo, ut illa pupillaris expreſſa tacitā uulgarem non contineat, ſec. gl. in §. penult. In Auth. quibus modis natur. efficiantur ſui coll. vi. quam ſequitur Bart. in d. l. is qui, quod uerū nō exiſtimo, quoniā quū pupillaris ſubſtitutio ſit de iure ciuili ut antea dictū fuit, & ius ciuile nō agnoſcat eos, imò eis alimēta à patre præſtāda deneget Auth. ex cōplexu. C. de inceſtis nuptiis, dicemus etiā patrē non poſſe

ſub-

ſubſtituere pupillariter ſpurium filio naturali & legitimo, ſiquidem pater non debet eiuſmodi filiis aliquid relinquere nec directè nec indirectè, neque eos etiam poteſt hæredes inſtituere niſi ſit non ſoluendo, text. notabilis ſecundum Alex. & Bolo. in. l. ſi is qui. ff. de hæred. inſtitut. nec obeſt text. in d. l. ſi is qui quoniam loquitur in naturali tantum cui magis debetur hæreditas patris quàm ſpurio.

¶ Secundus effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt, quum per eam ſucceditur pupillo in omni patrimonio eius. Id intellige ſecundum Doctores, etiam ſi ſubſtitutio facta fuerit in re certa. Nam ſubſtitutio pupillaris in re certa facta alio nō dato ſubſtituto cōuertitur in ſubſtitutionem uniuerſalem l. cohæredi ☙ fin. de uulg. ff. qui textus quantum uideo id non probat, imò in eodem ☙ erat inſtitutio & ſubſtitutio uniuerſaliter facta, quod optimè probatur ponderando textum in fine, ubi iureconſultus argmentum colligit à ſimili, ſed non omne ſimile idem eſt. l. quod Nerua,

& ibi

&ibi Bart.ff.depoſiti.cap.capitulum ſanctæ crucis,de reſcrip.extra.

¶Tertius effectus ſubſtitutionis pupillaris eſt,quum per eam mater & cæteri uenientes ab inteſtato excluduntur.l. Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffic.teſtam.cap.ſi pater,de teſtam.lib.vi.Nam licet filius faciendo ſibi teſtamentum, non poſsit parentes ſuos legitima priuare Auth.preſbyteros.C.de epiſcop. & cleric.tamen quando pater facit teſtamentum filio,tunc non priuatur legitima,quia filius ſibi non teſtatur, ſed pater qui nõ tenetur aliquid relinquere matri: & hanc rationem aſsignauit text.in d.cap. ſi pater.Excerpas ergò inde Archidiaconũ malè ſenſiſſe in hac re uolentem, ſubſtitutum pupillariter in foro etiam conſcientiæ debere legitimam dare matri, quod eo damnãt omnes doctores in d.l.centurio,quia pater fecit teſtamentum filio, nec uidetur quicquam facere,à pietate abhorrens,nihil relinquẽdo uxori uel uenientibus ab inteſtato,& cõtra Archidiac.tenuit Lanf.ab Oriano,

no,in l.centurio,de uulg.numero.lxxxiii. Idē uiſum eſt Socino in d.l.ii. Licet igitur expreſſa pupillaris ſubſtitutio matrem excludat, non tamen tacita pupillaris contenta ſub expreſſa uulgari.tex.eſt ſecūdum doctores in l.fin.de inſtitu. ſubſtitu. & reſtitu.Ille tamen textus de tacita pupillari non loquitur,ſed in caſu legis,proprio,altercatio ſuborta erat inter duos iureconſultos Papinianum & Vlpianum.Reſpondit iuxta quæſita imperator in duobus caſibus ſubſtitutū admitti.Altero,ſi poſthumus non naſceretur,quia tunc admittetur ſubſtitutus ſiue mater ſit in medio, ſiue non.Altero admittitur ſubſtitutus quādo poſthumus quidē naſcitur,ſed mater præmoritur, & incontinenti decedit poſthumus, tunc enim locus erit ſubſtitutioni, quia præſumitur non natus. Ac iſte mihi uerus uidetur intellectus ad illam legem. Tu cogita,nec nō adhibe PhilippumCorneum in d lege finali oſtendentem audentiſsimè eſſe ibi caſum de communi opinione. Sed & limitatur communis opinio,
matrem

matrem non excludi à tacita pupillari, multis modis. Primò, quando mater commiſiſſet adulterium, uel in uita, uel poſt mortem teſtatoris, quoniam tunc tacita pupillaris contenta ſub expreſſa uulgari matrem excludet, eſt pro hac opinione text. in argum. in l. & ſi tranferam. l. ex parte. ff. de adimendis legatis. ubi propter ſuperuenientes iniurias legatum reuocatur, ſic & propter adulterium priuabitur hæreditate filii mater, quum maius ſit adulterium in perſona uiri, quàm occiſio proprii filii. l. codicillis. §. inſtituta de leg. ii. ff. Adiuuat hanc opinionem quod ſcripſit Bolog. in additionibus ad Matheſill. in §. mittuntur, propter adulterium, matrem non ſuccedere filiis ab inteſtato, & argumentatur de maiori ad minus, iuxta Authen. multò magis. C. ſacroſanct. eccle. & l. quanto magis de iureiur. & capit. cum in cunctis, de elect. Nam ſi aſcendentes per tranſitum ad ſecunda uota, liberorum, ſucceſsione priuentur, quãto magis priuari debent inhoneſtè & luxurioſè

uiuentes,ne luxuria & libido plus afferant commodi,quàm caſtitas.§.quum igitur, in ant.de non eligen.ſecundo nuben.O admirabilem deciſionem,ſi uera ſit, ſed eam ueram multis rationibus pernego.

¶Primò quia nullo iure fundatur,unde erubeſcimus ſine lege loqui l.illam C.de colla. §.erubeſcimus in Authen.de triẽte & ſemiſſe colla.iii. notatur in l. ultima C.unde vi. Nihilo magis perſuadebis ſi aduoces text.in d. l.codicillis quoniam nullum uerbum in textu, nec id pròbat cuius gratia citatur à doctoribus.Secũdò pro noſtra eſt ſententia, parentum excluſionem non induci niſi à lege caueatur expreſſè.§.cum igitur,in uerſic. ſi quidẽ in patres,de non eligen.ii.nuben.potiſsimum quum pœna priuationis locum non habeat niſi in caſibus à iure expreſsis gl.notab.&ab omnibus probata in cap.fin. de iure patronatus.Tertiò,inhoneſta parentum uita,iuſta ſatis non eſt cauſa ut à filiis exhæredentur.§.ſi uerò contigerint,in Authen.ut cum de appella.cognoſcitur. colla. viii.Itaq; ſi expreſſa uoluntate excludi non

poſsit

poſsit longè minus ex tacita & præſumpta, arg.eorum quæ notantur in l. cum quid, ſi. cert.pet.ff.& in l.penult.ex quibus cauſ. pignus tacitè contrahatur gl. in l. Item quia conuentiones.ff.de pact.

¶Quartò, in ſimilibus quæ pertinent ad mores rationémq; uiuendi lex erubeſcit filios fieri caſtigatores parentum·§·ſed quod cenſitum, in Authen. de nuptiis. Quintò & ultimò contra deciſionem Bolognini notabilis deciſio doctorũ in. l. tres fratres de inoffic.teſtam.C. quòd licet frater à fratre poſsit exhæredari & excludi in teſtamento ob unam ex pluribus cauſis enumeratis in d·§· aliud in Authen.ut cum de appella.cognoſcitur coll.viii.& in·§· ingratitudinis.in Auth.de nuptiis: tamen ob tales cauſas ab inteſtato non priuatur hæreditate legitima.

¶Non obſtat fundamentũ quo ſupra Bologni.niti diximus, ob ſecunda uota mulierem ſucceſsione filii priuari, ergo & ob improbam uitam. Nam rationem reſpondeo non eſſe parem: ſecunda enim uota parentũ

rentum faciunt iniuriam filiis & priori matrimonio. ſ. proſpeximus. de non elig. ſecundo nuben. Sed qui inhoneſtè uiuit ſibi non aliis eſt iniurius arg. text. iuncta, gl. in uerbo ſeruo C. de ſentent. paſſ. Diuerſa igitur ratio reformabit legẽ arg. l. interpoſitas, de tranſact. C. At dicat aliquis, melioris conditionis non debet eſſe luxuries atque caſtitas. Reſpondeo abſurdum uideri non debere aliquando minus malum certo reſpectu grauius puniri quàm quod reuera maius eſt: ut in fure patet manifeſto qui grauius plectitur quàm uiolentus raptor. ſ. huic autẽ. & ſ. quadrupli inſtit. de acti licet raptor uiolentus ſit improbior omni fure. inſtit. vi. bon. rapt. Si tamẽ uelis noſſe ex quibus coniecturis tacita pupillaris contra matrem admittatur uide Iaſ. conſil. cxxxii. i. uolum. & latè Barth. d. l. ii. circa finem.

¶Quartus effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt, quem pater ſibi facit hæredem neceſſarium, eundem quoq; facit pupillo l. ſed ſi plures. ſ. quos poſſum. ff. de uulg.

¶Quintus atque ultimus effectus pupillaris

tis ſubſtitionis teſtamentum patris & teſtamentum filii ſignat unum dici. Quod intellige quantum ad cauſam efficientem id eſt perſonam teſtantis, qui utrunque teſtamentum facit l. patris, de uulg. l. ii. §. interdum, de uulg. ff. Si tamen plæraque ſpectes duo cenſentur teſtamenta patris & filii. Pater enim ſibi teſtatus poteſt ex interuallo pupillares tabulas facere l. ſi quis eum §. i. de uulg. quo tempore opus erit ad tabulas pupillares ſeptem teſtibus cum ſignaculis. Item quãdoque uitiatur inſtitutio remanent tamen tãbulæ pupillares l. & ſi cõtra, de uulg. ff. Item ſunt diuerſæ hæreditates §. igitur de pupillari ſubſtitu. Si quem plura legere iuuat de poſtremo hoc effectu, adeat Barth. in d. l. patris & filii. Angelum, in d. §. igitur. Zaſium in tract. ſubſtit. Reſtat ultimum membrum quomodo expiret pupillaris ſubſtitutio. dic extingui per euentum pubertatis l. in pupillari de uulg. ff. Item per ſuperuenientiam liberorum ut notat Fulgo. conſil. cxxv. Reliqua quæ afferunt internecionem pupillari ſubſtitutioni, uide apud Barth. d. l. ii.

DE EXEMPLARI SVBſtitutione. Cap. III.

EXEMPLARIS ſubſtitutionis materia latè tractata eſt per Barth. in. l. ex facto. ff. de uulg. & in. l. humanitatis intuitu C. eodem. Nos autem quatuor ſeriatim uidebimus. Primò quid ſit Exemplaris ſubſtitutio. Secundò à quo fuit introducta. Tertiò, quibus & à quibus fieri poſsit. Poſtremò quandò extinguatur. Venio ad primum. Subſtitutio exemplaris eſt teſtamentum factum ab altero parentum filio carenti factione teſtamenti, ratione defectus iudicii animi, uel alterius morbi ſeu uitii. Quæ deſcriptio uera ex ſequentibus conſtabit. Secundo loco excutiendum à quo fuerit introducta pupillaris ſubſtitutio. Introducta eſt ergo ab Imperatore. l. humanitatis intuitu, de Impub. & aliis ſubſtitut. C. & qua ratione inſtitut. eodem. Nam olim iure Digeſtorum fieri non poterat hæc exemplaris ſubſtitutio niſi prius obtento reſcripto à principe l. ex facto, de uulg. ff. Et ſi Polytus exiſtimet furioſo e-

tiam iure digeſtorum patrem potuiſſe exemplariter ſubſtituere, nullo à principe impetrato reſcripto. Sed eius in hac re nõ mediocre peccatum eſt, per text. in d.l. ex facto, in uerſic. etſi, ubi ſi furioſo exẽplaris ſubſtitutio facta fuerit, & recõualeſcat, extinguitur illa exẽplaris ſubſtitutio, quoniã nõ præſumimus principẽ uoluiſſe auferre liberã teſtãdi facultatẽ: quæ uerba ſi exactè ponderẽtur probabunt patrẽ nõ potuiſſe exẽplariter ſubſtituere furioſo, nõ obtẽto prius reſcripto à principe. Atque prҽterquàm quòd textum illum formalẽ in Polytum coniicere uibraréq; poſſum, adduci etiam poteſt l. humanitatis intuitu, ponderando textum in uerbo, indulgemus, quod importat nouam gratiam. Imperator enim humanitatis intuitu motus uoluit parentes poſſe exemplarem ſubſtitutionem filiis furioſis facere. Obiici poteſt, uerbum, indulgemus, importat nouã gratiam in mente captis tantum, quoniam de illis tantum loquitur d.l. humanitatis intuitu: non autem in furioſis. Ingens uerò

eſt differentia inter mente captum & furio-ſum: mente ſi quidem captus eſt cui mens & conſilium deficit ſine aliqua furoris ſignificatione Bald. in l. ſi furioſi C. de nupt. ubi iura exorbitantia quæ in mẽte captis loquuntur, locum non habent in furioſis. Tibi autem dicendum eſt mẽte captum duobus modis appellari, uel quum ſæua dementia & quadam uelut rabie percellitur, uel quum ſola dementia perturbatur, author Baldus in d. l. humanitatis intuitu. Atqui ponitur dictio mente captus, generaliter, in d. l. humanitatis ut ambiat etiã furioſos, pro quo facit text. in l. ſoluto § uolũtatẽ, ſolu. matr. ff. ubi iureconſultus furorẽ & dementiam pro eodem accipit, demens certè & mente captus idem demonſtrant, ut in d. l. ſi furioſi. Præterea in lege, humanitatis intuitu, furioſorum mentionem exaudiendam eſſe dictat textus iũcta gl. tertia § fin. l. i. ff. de curatore furioſ. quem textum clamitat notandum Matthæus Mattheſilla. ſingulari clxxx. Conſtitutio denique humanitatis fauorabilis eſt: quare ex pari ratione, debet extendi

ſecun-

ſecundum ea quæ notat Barth. in l. ſi conſtante, ſolu. matrim. ff. Ratio d. legis, humanitatis locũ aſſumit & in furioſo & in cæteris qui naturæ uitio ſine ſuo delicto ſunt inteſtabiles. Nec admodum intereſt inter furioſum & mẽte captum, amẽtem & dementem, quod ad animi iudicium pertinet, quo hi omnes carent: quum Furioſus ſit (ut Cicero lib. iii. Quæſti. Tuſculanar. declarat) qui mentis ad omnia cæcitate laborat. Mente captus uerò interprete Feſto, quum mẽs ex hominis poteſtate abiit. Demens & amens qui à ſua mente diſceſſerit ſeu abierit: hæc enim ſunt ſynonyma ut in d. l. ſi furioſi C de nuptiis.

¶Quantum attinet ad tertium uidendũ in hac materia Exẽplaris ſubſtitutionis, dic ex mente ſcribentium in d. l. humanitatis, & in l. Lucius de uulg. ff. hanc ſubſtitutionem fieri à parentibus filiis carentibus factione teſtamenti naturæ uitio, ſcilicet quia carent animi iudicio. Quorum occaſione dubitatur, An ſicut pater poteſt Exemplarem ſubſtitutionem filiis furioſis

facere, ita & contrà filii ſanæ mentis patribus furioſis poſsint hanc exemplarem ſubſtitutionem facere, Iaſon aduerſus Doctores tenet poſſe per text. in l. is qui de tutorib. & curato. Secundò pro Iaſone facit, quòd correlatiuorum eadem ſit diſciplina l. i. de Indicta uiduit. toll. Ange. in. l. ſi adulteriũ cum inceſtu ❧ liberto, in fine. ff. ad l. Iuliam de adult. Sed noli committere ut communem opini. deſeras exploſa Iaſonis ſententia. Nam exemplaris ſubſtitutio fit furioſis & iis qui ſibi de hærede prouidere non poſſunt d. l. humanitatis: ſed pater furioſus iam habet ſuum hæredem filium, ergo non eſt opus alia factione exẽplaris ſubſtitutionis, quia incontinenti facta extingueretur d. l. humanitatis, circa finem. Ego præterea contra Iaſonem conſidero patrẽ furioſum retinere iura patriæ poteſtatis, & retinere effectus reſultãtes ex patria poteſtate. l. patre furioſo, de iis qui ſunt ſui uel alieni iuris. ſed filius qui in patris eſt poteſtate pro ſe teſtari non poteſt l. qui in poteſtate de teſtament. ff. ergò neque

q; pro alio teſtari poterit. Nec obſtat text. in d. l. is qui, quoniã illa l. loquitur in administratione bonorum ut filius ſapiens poſsit dari patri furioſo curator, nam tenebitur filius reddere rationem ſicut extraneus ℥. fin. inſtit. de Attiliano tut. gl. in d. l. is qui.

¶ Viſo igitur à quibus fieri poſsit hæc Exemplaris ſubſtitutio, proximè uidendum eſt quibus fiat. Fit autem legitimis naturalibúſq;, at naturalibus tantum fieri non poteſt ſecundum doct. in d. l. humanitatis ℥ intuitu. probatur, Lex iubet relinqui legitimam iis quibus fit hæc exemplaris ſubſtitutio, d. l. humanitatis, ſed naturali tantum nulla legitima debetur in bonis patris l. ii. C. de natural. lib. ergo eis fieri non poterit.

¶ Sed hæc opinio, & ſi communis ſit, haud ſcio an defendi incõcuſsè poſsit. Id me mouet, imperator ſola humanitatis ratiõe uoluit parentes poſſe filiis furioſis mente captis exemplariter ſubſtituere: quam etiam humanitatem oculis ſuis ſubiecit imperator in perſona filiorum naturalium tan-

tum.l.humanitatis,de natural.lib.ubi diſponit Iuſtinianus naturales tantum poſſe hæredes inſtitui in ſex unciis,non exiſtente matre, nec legitima ſobole: nec obſtat d.l.humanitatis,ibi,relicta legitima, placet enim ſolutio illi textui adcommodata per Curtium in d.l.humanitatis, ut dicamus ad ualiditatem exemplaris ſubſtitutionis legitimam relinqui non debere, ſed illam ibi relinqui uult,ne teſtamentũ poſſit querelæ obnoxiũ eſſe ad ſimilitudinem pupillaris ſubſtitutionis. Alioqui ſi communis opinio uerum adſtrueret, ſequeretur filio naturali & legitimo,qui medio iuramento renuntiaſſet legitimæ exemplarem ſubſtitutionem fieri non poſſe. Tu tamen cogitationem hic exerce.

¶Supereſt explanandum membrum ultimũ, uidelicet quomodo extinguatur hæc Exemplaris ſubſtitutio. Dic expirare per reconualeſcentiam d.l. ex facto, circa fin. ff.de uulg. Quid ſi poſt recõualeſcentiam rurſum furore agatur, extinguíne dicendum eſt priorem ſubſtitutionem? Non extingui

tingui putat Barth. in l. ex facto, de uulg. ff. Addo ad Bartholum text. in §. præterea inſtitu. quib. mod. teſtamen. infirmentur. Illud tamen de æquitate magis quàm rigore iuris procedere crediderim per tex. in d. l. ex facto. Et hanc opinionem contra Bartholum arripuit D. à Ripa, in d. l. ex facto.

¶In quibus conueniat Exemplari ſubſtitutioni cum Pupillari, in quibus minus, dici hic potuit; ſed legant Iaſonē quibus pluſculum otii contigerit in d. l. humanitatis, nos ad alia feſtinamus.

DE BREVILOQVA SVBſtitutione, ſiue Reciproca. Cap. IIII.

INSTITVTI operis quarta pars in Breuiloqua ſubſtitutione conſumetur. Quæro igitur quod anteà ſæpè feci, ne quid abſtruſum uel abditum remaneret: quid ſit ſubſtitutio Reciproca, ſiue breuiloqua, utroq; enim nomine appellatur. Dein-

Deinde an ſit ſpecies ab aliis diſtincta. Tertiò quot ſubſtitutiones contineat. Quartò ad quas partes admittantur ſubſtitut. Quintò an ſubſtitutiones cõtentæ ſub hac reciproca dicatur expreſſæ uel tacitæ. ¶Eſt igitur ſubſtitutio Reciproca, quæ duntaxat pluribus inſtitutis breui oratione fit, atque inuicem alter in alterius defectum uocatur. Hac deſcriptionem ueram eſſe ex ſequentibus liquebit. Eam autem non eſſe diſtinctam ſpeciem, ſed adiectionem ad cæteras, ut puta Vulgarem uel Pupillarem, Bartholus in l. lucius, de uulg, ff. arbitratus eſt. Polytus tamen contrà ſenſit quod diuerſimodè ab aliis fieret: plures enim perſonas requirit, ut d. l. lucius, & l. in teſtamento, de teſtamen. milit. C. Cõſentit Polyto illuſtris è recentioribus doctor D. à Ripa per l. Iam hoc iure, ponderando text. ad tertium genus tractum, uidetur. Mihi curæ non eſt quæſtionẽ iſtam ſeriò examinare, quia puſillũ generat utilitatis: ſi tamen roges quid ſentiam, hæc impertio tibi.

Pro-

Probo opinionē Bartholi, oportet enim antequàm ſpecierum coaceruatio tertiam ſpeciem conficiat, quanque ſpeciem à ſua natura degeneraſſe, eáſque ſic eſſe confuſas ut iam diſtingui & ad ſe redire nō poſsint. not. Barth. in l. ii. de uerb. oblig. ff. Hæ autem ſubſtitutiones quæ compræhenduntur ſub reciproca ſaluæ manent, nec uſquàm earum natura mutatur, quoniā aut ſemper eſt uulgaris aut pupillaris. Nec obſtat quod Polytum induxit in errorem, quia plus & minus non faciūt aliquid differre ſpecie l. fin. de fundo inſtructo inſtrum. que leg. Non obſtat in Bartholum textus in l. Iam hoc iure, ibi, quod & ad tertium genus, nam reſpōdeo eam loquendi formam iureconſultis perfrequentem eſſe; ut genus pro qualitate accipiant l. quæſitum ❡ Idem celſus. ff. de fundo inſtructo. Porrò & ſpeciem pro qualitate quandoq; accipi iure deciſum reperimus. l. permiſceri ❡ ſpecies. ff. de acquir. poſſeſſ. l. proponebatur, de iudic. Vnde fit ut & genus hoc modo pro ſpecie, id eſt, qualitate accipiatur,

tur gl. in l. non uidetur, de iudic. Quod in l. iam hoc iure, factum præfractè contendo, poſitum uidelicet pro qualitate quæ non inducit ſpecificas differentias, not. Barth. & doct. in l. 1. ff. de acquir. uel amittenda poſſeſſ. Iaſon in § omnium inſtit. de actionibus. Non tamen diffiteor quin largè accipiendo ſpeciem reciproca ſubſtitutio ſpecies dici poſsit ut not. Roman. in d. l. in teſtamento.

¶In tertio huius ſubſtitutionis reciprocæ mēbro quærebatur, quot ſubſtitutiones contineret Reciproca. Ad id reſpondent ſcribentes couſiderandum eſſe numerum perſonarum earúmq; conditionem, quia illis multiplicatis & multiplicantur ſubſtitutiones. Nam ut uulgò circumfertur hæc Reciproca duas ſubſtitutiones quandoq; continet, quandoq, quatuor octo ut formam potes diſcere de Iaſone in d. l. Lucius, & per D. Benedict. in cap. Raynutius extra de teſtament. & per Zaſiū in materia bræuiloquæ ſubſtitutionis. Quas autē ſubſtitutiones cōtinet Reciproca ſunt in

pari

pari numero nō in Impari ut rectè uoluit Barth.in d. l. luciusquē ſequitur Socinus conſil.cxcvi. in ii. uolum. Reſtringuntur uerò hæ ſubſtitutiones ſecundum hæredū conditionem:nam ſi fierent duobus inæqualibus ut puta uni puberi & alteri impuberi,in perſona etiā impuberis non cōtineretur pupillaris ſubſtitutio quia illa non cadit in perſonā puberis. Quæ ut tibi ſint manifeſta & aperta magis id totum conuerto in concluſionem.

¶ Duobus inæqualibus facta reciproca ſubſtitutio,ſub ſe in perſona etiam impuberis pupillarem ſubſtitutionem non cōtinet l.iam hoc iure,de uulg. ff. l. in teſtamento de teſtam. milit. C. Ratio huius concluſionis ſecundum communem ſcribentium doctrinam eſt, quòd una determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter illa determinare debet. d.l. in teſtamento. l. lege hæreditatem l. quanuis, de Impuberum, & aliis. Limitatur per Raphaëlem Cumanum conſilio xvi. ut non procedat quando fuiſſet expreſſè

expreſsè facta mentio pupillaris ætatis, ni mirum ſi teſtator ita dixiſſet, ſiquis in pupillari ætate deceſſerit uel quomodocunq; ſuperſtites ſuccedant: tunc enim in perſona Impuberis cōtineretur pupillaris ſubſtitutio, cuius opinionis fuit Paulus Caſtrenſis conſil. xviii. in ſecund. uolumine. Contra ſentiunt Iaſon & Pontanus in d. l. in teſtamento, quibus conſentit D. à Ripa in l. lucius de uulgari ff. eo potiſsimum fundamenso, quoniā ubi uerba repugnant ſubſtitutio non trahitur ad pupillarē ætatem etiam ſi ſit facta mentio pupillaris ætatis l. cohæredi ·§· cum filiæ de uulg. ff. Ita etiam quando repugnat diuerſitas perſonarum, quum plns operetur diſparitas perſonarum ſecundum Franciſc. Curtium quam uerborum repugnātia ut probatur in l. quamuis de impub. & aliis. Sed Cumani ſententia melior, teſtator enim ita ſubſtituendo uidetur uoluiſſe ut in perſona impuberis eſſet pupillaris ſubſtitutio, & in perſona puberis fideicommiſſaria, iſtámq; diuiſionem uoluntatis inducit diſtinctio temporum per teſta-

teſtatorem facta arg. text. in l. pater ſeuerinam de conditi. & demonſtrati. ff. notat ſingulariter Baldus cõſilio clxxv. uolum. iiii. Neque uerbis auocari debemus quum conſtet de uoluntate teſtatoris, in ſubſtitutionibus enim uoluntas teſtatoris prædominatur l. quoniam indignum C. de teſtamen. ubi non curatur uerborum ſolennitas ſi conſtet de uoluntate teſtatoris: neque unquàm tanti fuit uerborum interpretatio ut melior ſenſu exiſteret, text. in l. iii. C. de lib. præteritis, quem dicit ſingularem Curtius ſenior conſil. xlv. Ideò non abs re Modeſtinus iureconſultus in l. iam hoc iure uoluit, ut ſubſtitutio reciproca facta inæqualibus, hoc communi uerbo, uos inuicẽ ſubſtituo in perſona etiã impuberis non contineret pupillarẽ: quoniã uidetur teſtator uoluiſſe in genere teſtari. Itaque lex cogitationem teſtatoris ſequitur conſiderando quòd uoluit inuicem ſubſtituere: probatur optimè in d. l. Iam hoc iure, ibi, hoc communi uos inuicem ſubſtituo. At ſi ea appareret teſtatoris uo-

luntas

luntas, ut in perſona impuberis contine retur pupillaris, uelut in caſu præmiſſo putarem illam pupillarem contineri ſub reciproca, & id probat d.l. Iam hoc iure ibi, ne uoluntas teſtatoris refragetur, ut in l. in teſtamento, circa finem, de teſtam. milit. C. Atque impenſè miror quid impulerit D. à Ripa ut contrarium ſcriberet, ſibi enim uidetur parum conſentire, quia fatetur in d.l. lucius, num. xxvi. circa finem, ſubſtitutiones comprehenſas in reciproca nō dici correlatiuas, quòd illa dicātur correlatiua, quorum unum non poteſt eſſe ſine alio. l. fin. de indicta uiduit. toll. C. ſed ſi teſtator uelit, poteſt facere pupillarem contineri ſub reciproca in perſona unius & non in perſona alterius. Idem iudicandum in hoc noſtro caſu potiſsimum non obſcura teſtatoris uoluntate, in perſona impuberis concipiendam eſſe pupillarem ſub reciproca. Oppoſitam rationem ſic labefactamus, ſubſtitutionem non trahi ad ſubſtitutionem pupillarem quando uerba repugnant d.l. cohæredi ✠ cum filiæ, ſiue quando

quando repugnat diuerſitas perſonarum. Reſpondeo. Lex uoluit hoc caſu pupillarem contineri inſequens expreſſam teſtatoris uoluntatem, ſed in §. cum filiæ, erant uerba merè obliqua, quo caſu lex nullam facit præſumptionem contra uim uerborum. Et hæc omnia tam ſunt tibi notanda, quàm quæ maximé.

¶ Nunc perpendamus quæ perſonæ cenſeantur inuicem ſubſtitutæ, quod ut intelligas, finge teſtatorem filios ſuos uniuerſaliter hæredes inſtituiſſe, filias uero in re certa, & demum omnes filios ſuos inuicem ſubſtituiſſe, quæritur nũquid filia ſit ſubſtituta cum fratre ſuperſtite, ut ad portionem fratris mortui cum fratre admittatur. Admitti dicit Polytus, nos contra, filias, ſcilicet non eſſe ſubſtitutas, quoniam uidetur tantum ſubſtituiſſe in portionibus hæreditariis, quæ mille penes filias ſunt. Quod & in ea ſpecie traditum eſt, ſi dicatur, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, eorúmque, id eſt maſculorum interpretamur, quũ & ipſi hæredes fuerint, ita no-

tat Barth. in l. fin. ad Trebellianũ. ff. Adiu tat iſtam opinionem, quòd quos teſtator in inſtitutione prædilexit, eoſdem in ſubſtitutione cæteris prætuliſſe iudicãdus eſt, l. Lucius § pater, ad Trebell. ff. Authent. hoc amplius, cap. de fideicom. l. i de impuberum, & aliis ſubſtitu. C. notat Barba. in ſua Ioannina.

¶De Sexto quæſito in hac ſubſtitutione reciproca uide Iaſ. & Curt. l. i. de impub. & aliis ſubſtitut. qui diſertè declarant quomodo perſonæ ſubſtitutæ ſuccedant, eorúmque uerba ſyllabatim transſcripſit D. Benedict. in cap. Raynutius extra de teſtamen. quibus parco, ne orner alienis plumis. Illinc quantum uoles haurias.

¶Poſtremò ſupereſt uidere, an ſubſtitutiones comprehenſæ ſub reciproca dicantur expreſſæ an tacitæ: quod, quoniam ſatis poteſt perdiſci ex iis quæ in uulgari ſubſtitutione dixi, breuitatis ſtudio prætermitto. Excurrerẽ tamẽ in hac parte multò liberius, ſi à negotiis, quibus planè ſum obrutus, uacuũ mihi aliquod tẽpus daretur.

DE COMPENDIOSA Subſtitutione. Cap. V.

PERAGENDVS est quaſi quintus Comœdiæ noſtræ actus, qui eſt de Compendioſa ſubſtitutione: cuius enarrandæ gratia, primùm quæram quo modo definiatur. Secūdò, quibus uerbis fiat. Poſtremò, quos effectus operetur.

¶ Quantum attinet ad primum, Compendioſa eſt quæ quum plura tempora contineat plures etiam capit ſubſtitutiones gl. in l. præcibus, & de impub. & aliis ſubſtit. gl. in l. centurio, de uulg. ff.

¶ Circa ſecūdum cognoſcas oportet, Verba pertinentia ad ſubſtitutum eſſe in duplici differentia, quibus omnibus poteſt fieri ſubſtitutio Compendioſa. Quædam directa, Quædam obliqua, Nonnulla communia.

¶ Directa ſunt quæ important ut quis ſua authoritate hæreditatem accipiat, cuiuſmodi ſunt hæc, Hæres eſto, Hæredem te

inſtituo, Dominus eſto l.i. & l.his uerbis. ff.de hæred.inſtitut.Item & uerbum,Hæredo, directum eſt ut uoluit Raph.Fulgo. conſil. ii. Notes enim ad directā inſtitutionem uel ſubſtitutionem ſufficere quibuſcunq; uerbis uoluntas teſtatoris appareat hæredem facere uolentis l.quoniam indignum C.de teſtat.

¶Obliqua uerba ſunt, quæ important ut quis per manum alterius non authoritate ſua ſingulari hæreditatem accipiat,ut dixi ſupra in præludiis ad materiam ſubſtitutionum,qualia ſunt,Rogo, mando,fideicōmitto,de quibus in § fin.de ſingul.reb.per fideicommiſſum relict.& in l. omne uerbū C.communia de lega.Sciendum tamen omnem obliquam ſubſtitutionē appellari fideicommiſſum, ſed non omne fideicommiſſum eſſe ſubſtitutionem obliquam, ut notat Thomas Cala. in rubri. de uulg. ff. per text. in l.iii § Idem dicendum. ff. de adimen. legatis.

¶Communia uerba ſunt quæ ex propria uerbi ſignificatione, & ad directū ſenſum

& ad

&c ad obliquũ trahi poſſunt, quale eſt uerbum Succedat, ſecundum Baldum conſil. cccc.lxiii. uolum. v. & conſil. xxxviii. uolum. ii. Plæraq; alia uerba communia cõperies cumulata per Lanfr. Orian. in. l. Cẽturio de uulg. ff.

¶Circa tertiũ quæſitum uidenda ſunt nobis permulta. Primum quid operetur ſubſtitutio compendioſa facta per uerba directa, deinde quid efficiat per uerba obliqua, & poſtremò quid per uerba communia. Imprimis ſubſtitutio compendioſa fieri poteſt à milite & pagano: & nos rẽ omnẽ Concluſionibus tractabimus, è ſubſtitutiõne à pagano facta exordientes, de ſubſtitutione à milite facta poſtea dicturi. Concluſio prima.

¶Subſtitutio compendioſa facta à Pagano uerbis directis ualet iure directo uſque ad tempora pubertatis, nec poſt pupillarẽ ætatẽ ualet iure directo. l. uerbis ciuilibus de uulg. ff. l. in pupillari. ff. eodẽ tit. Huius manifeſta eſt ratio ſecundũ Doctores, quoniam qui ſemel eſt hæres alicuius iure

ciuili nunquàm deſinit eſſe hæres l. ei qui ſoluendo.ff.de hæred.inſtit.l. ſed & ſi ſine §. Papinianus. ff.de minorib.neque poteſt unus hæres inſtitui ad tempus deinde alius ad aliud tempus §. hæres inſtitut.de hæred.inſtituen.Iſtud tamen limitāt Doctores quando eſſet ſubſtitutio facta à pagano ad pias cauſas quia eo caſu ualet poſt pupillarem iure directo.Ratio hæc eſſe poteſt, quia in diſpoſitione facta ad pias cauſas attendimus ſolum ius gentium non autem ius ciuile cap.cum eſſes, & cap. relatū extra de teſtamen.Ita tenuit Panormit.cō ſil.xxxii.ii.uolum.D.Bened. in cap. Raynutius extra de teſtam.in uerbo, ſi abſque liberis.Bald.in.l.i. de ſacro eccl.C. quorū opinionem uerā eſſe aſſeuerat Lancel. Galeo.in d.l.centurio.Ego contrarium uerius puto, quoniam ſi pater ſubſtituat filiū ſuum alteri filio impuberi hæc ſubſtitutio non ualet iure directo poſt pupillarem ætatem l.ſi frater tuus C.de fideicom. & tamen in diſpoſitione facta inter liberos cōſideramus ius gentium, non autem ius ciuile

uile ut notant Doctores in l.hac conſultiſ
ſima ·§· ex imperfecto C.de teſtam.Nō no-
cet ſi dicas ut uoluit Iaſon in l. licet. C.de
pact. quòd excepta legitima plus fauetur
in hæreditate piæ cauſæ quā liberis, quo-
niam iſtud falſum eſt per gl.in ca.quicun-
que xvii. quæſt.i. gl.in l. ſi quis ad declinā
dam C.de epiſc.& cler. & ſic optimè pro-
batur, Patris enim hæreditas & ex teſtamē
to & ab inteſtato filiis debetur iure uulga-
tiſsimo, non autem piæ cauſæ niſi in teſta
mento in quo eſt hæres ſcripta, & ſi dicas
cum Lancel.Galeo.in d.l. centurio in diſ-
poſitione inter liberos facta ſeruari ius gē-
tium quantum ad ſolennitatem teſtium,
ſed quantum ad cætera ſeruari ius ciuile
d.l.hac conſultiſsima ·§· ex imperfecto, tū
reſpondeto, etiam in diſpoſitione facta ad
pias cauſas attendi ius gētium ſolū quan-
tum ad ſolennitatem teſtium, id probat
text.in cap.cum hæres, ibi, in ore duorum
uel trium ſtat omne uerbum.

¶Sed in hac concluſione nō mediocris o-
ritur inter Doctores altercatio An ſubſti-

tutio compendioſa poſt pubertatem obliquetur,& ſic ualeat iure fideicōmiſsi quũ non poſsit ualere iure directo. Dic reſolutiuè omiſsa longa nimium in hac re Doctorũ diſputatione in l. centurio in l. præcibus C. de impub. & aliis ſubſtitut. ſubſtitutionem compendioſam factam à pagano uerbis directis non obliquari ut ualeat iure fideicommiſsi, pro hoc pondera text. in l. uerbis ciuilibus, de uulg. ff. ubi qui nõ admittitur ut ſubſtitutus non admittitur ut adiũctus cohæres, quæ uerba interpretor ut non admittatur tanquàm fideicõmiſsarius, quum appellatione cohæredis ueniat fideicommiſſarius ex mente teſtatoris l. lucius ❧ fin. ff. de leg. iii. Iacobus à Nigris in l. per omnia de leg. i. ſub numero xi. licet propriè appellatione hæredis non ueniat fideicommiſſarius.

¶ Secundò pro hac opinione tuenda facit d. l. uerbis ciuilibus, ibi, ne fiat contra uoluntatem teſtatoris qui totum ſuum patrimonium ad hæredem peruenire uoluiſſe uidetur, per quem textum tollitur quædam di-

ſtinctio

ſtinctio quam hic inſeruit Zaſius, ſubſtitutionem cõpendioſam factam à pagano uerbis directis obliquari, & ualere iure fideicõmiſsi non quãtum ad bona pupilli ſed quantum ad bona teſtatoris, quod falſum eſt per d.l. uerbis ciuilibus.

¶ Tertiò fulcit opinionem noſtram textus ineuitabilis in cap. ſi pater, de teſtam. lib. vi. ubi ſubſtitutio directa legitur trahi ad fideicommiſſariam, ergo regulariter trahi non debet. Non tamen me latet multis undecunque acceſſitis opinionem hãc à Doctoribus uellicari, uide apud Lanfr. Orianum duo & uiginti remedia in l. cẽturio. Sumpta igitur hac opinione, Subſtitutionem compendioſam uerbis directis factam poſt pupillarem ætatem non obliquari, hæc limitatio eſto. Quandò à principio ſubſtitutio iure directo ualere non poteſt, ualeat iure fideicommiſsi l. ſcæuola. ff. ad Trebellianum. Trita etenim eſt regula, Si non ualeat quod ago ut ago, ualeat ſaltim ut ualere poterit l. ſi tam Auguſti, de ſeruitu. ff. in quo caſu non eſt ducẽda argumentatio ab ultimis uoluntatibus ad

contra-

contractus. Nam quum contractus ex conuentione legem accipiant & conſenſu l. Arrianus, de action. & obligation. non eſt ueriſimile eum qui obligatur in aliam ſpeciem contractus cōſenſurum fuiſſe. Imò quando quis inutiliter ſe obligat creditur actum uelle inutilem facere l. an inutilis, de acceptilationibus. Vnde dominus pro ſeruo inutiliter fideiubens quaſi iuſſerit non obligatur l. i. ✠ denique. ff. quod iuſſu. Aduerſus prædicta obiectabit aliquis l. ſi ſeruus legatus ✠ ſi ſeruus alienus, de leg. i. ubi libertas directa data alieno ſeruo non ualet in uim etiam fideicommiſsi. Soluit uno modo Alexander, alio Iaſon in l. uerbis ciuilibus, accommodatior tamen ſolutio ea eſt quam ſcripſit Alciatus lib. Paradox. i. cap. v. Vide tu eum diſtinguētem inter hæreditates & libertates. Aduerte tamē quia ſi ſubſtitutio compendioſa facta fuerit uerbis directis, & appoſita dictio importans tractum tēporis, ut ſi teſtator ita dixiſſet, filium hæredem inſtituo, & quandocunq; deceſſerit, Titius hæres eſto, tunc poſt pupillarem

pillarem ætatem fideicommiſſariam contineri, iuris æquitas contra recentiores quoſdam clamitat. Illa enim dictio, quandocunque, importat tractum temporis, & ſic poſt pupillarem ætatem ad fideicõmiſſariam trahitur quæ ſemel iure directo ualuit. Iaſon cõſ. cxxxiii. uolum. Barth. in l. centurio, de uulg. ff. Hinc dicimus ſubſtitutionem fideicommiſſariam non poſſe induci niſi ex coniecta mente teſtatoris, eaq; reſultante ex aliquibus uerbis expreſsis l. cum proponebatur & ibi Barth. ff. de leg. ii. l. lucius §. tres hæredes. ff. ad Trebellianum Bald. in l. cum uirum. C. de fideicomm. Neq; hoc me moratur ſiue expreſſa ſit enumeratio temporum ſiue tacita, quicquid uociferetur Ioannes à Cacialup. in l. precibus, inſequens Doctores in cap. Raynutius, extra de teſtam. Teneas quoq; memoria Clauſulam codicillarem in fine teſtamenti adiectam, operari, ut ſubſtitutio quæ non ualet iure directo ualeat iure fideicommiſsi. Notant neoterici Doctores in l. Iam hoc iure de uulg. ff. Curti. in

l. preci-

l. precibus de Impub. & aliis ſubſtitut. Notat Matth. Matheſill. ſingulari cxli. ubi effectus aliquos clauſulæ codicillaris perſequitur. Baldus conſil. clxx. in. v. §. Idem conſil. cccclxiiii. v. §. Fulgo. conſil. ii. circa finem. Raphaël Cumanus conſil. xliii. Corneus conſil. clviii. ii. uolum. Franciſcus à Ripa in l. centurio, de uulg. ff. numero ix.

Secunda Concluſio.

¶Subſtitutio Compendioſa facta á pagano uerbis cõmunibus, ut per uerbum ſubſtituo, intra tempora pupillaris ætatis ualet iure directo, poſtea uerò ualet iure fideicõmiſsi gl. eſt in §. qua ratione. inſtitut. de pupillari. Eaque eſt communis opinio, iuxta ea quæ notat Alexãder unà cum recentioribus in d. l. Centurio. Id autem confirmatur dicto Bartholi, quia quando uerbum referri poteſt ad plura tempora, intelligitur relatum ad id tempus, cui aptius congruit, atque uario modo intelligitur ſecundum temporis uarietates. l. iii. ff. de adimen. legã. l. iii. §. qui fideicommiſſariam ff. de hæred. inſtit. l. cum unus §. fin. cum l.

ſequen-

ſequēti.ff.de alim.& cib.leg.Si tamen ſubſtitutio compendioſa facta fuerit impuberi à patre,matre exiſtēte in medio, per uerbum commune ſine diſtributione temporum, tunc eam ualere iure fideicommiſsi multi arbitrati ſunt: ego tamen pridem contra ſenſi,eiuſmodi ſubſtitutionem intra tempora pupillaris ætatis ualere iure directo ,& poſt pupillarem ætatem iure fideicommiſsi per text.in cap.ſi pater,de teſta.lib.vi. & per text.in cap. Raynutius de teſtamē.ſi quis ſummum ius intueatur.Ne tamen propterea exiſtimes directam obliquari,quoniam quælibet ſuo caſu & euentu ſic operabitur,ac ſi ſola eſſet facta. Iccircò uiſum eſt multis doctoribus has partes ſequi exploſa gl.in l.precibus, quos ſi pergerem enumerare, prius me dies deficeret. ¶ Aduerte tamē ſubſtitutionem illam ualere iure fideicommiſsi de æquitate,matris cauſa,ne penitus excludatur à luctuoſa filii hæreditate.l.fin.quis enim non miſereatur propter partus periculum in ipſa liberorū procreatione l.aſsiduis.§. hæc omnia.

qui

ætatē ualeat iure directo,uel in fauorē matris obliquetur.Non parūmulti è doctoribus tradunt eā ualere iure directo,alii uerò cōtradicūt,illi per l.Centurio,hi per l.precibus,in fine ibi ex cauſa fideicommiſsi.In hac re magnoperè placet quod uterq; Raphaël ad concordiam ſcriptitauit: ut in d. l.precibus non dicamus ſubſtitutionem illam obliquari poſt pupillarē ætatem, ſed ualere potius iure directo, quia in ea non ueniunt,niſi bona teſtatoris nō autem pupilli: & in hoc ſimilitudinem præ ſe fert fideicommiſſariæ, ut argumēto eſſe poteſt textus, in uerbo,ex cauſa fideicommiſsi.Si tamen ſubſtitutio facta fuerit per uerba obliqua,ſemper ualebit iure fideicommiſſi.l.quærebatur.ff.de milit teſtament. Nec te remorentur ab hoc ſano intellectu argutiæ Baptiſtæ Cacialup.in d.l.precibus,ibi, ſubſtitutum accipere à matre. Reſpondeo enim bona patris coniuncta fuiſſe cum bonis pupilli, totumque à matre fuiſſe acceptum: unde & ad ſubſtitutum idem pertinebat,ad quem ius hæreditarium tranſierat

rat à principio. Sequantur alii quid uelint, hæc certè opinio uerißima mihi uidetur. Id latè explicãt Doctores in d. l. precibus. ¶ Agite, quæramus an Priuilegium competens militi cõcedatur quoq; doctori aduocato. Miles enim poteſt ſubſtituere directò poſt pubertatem, An non & aduocatus? Ego contra Polytũ crediderim idem doctori licere quod militi per l. Aduocati C. de aduocatis diuerſorum iudi. & alia plurima à doctoribus enarrata in d. l. centurio. Quod tamen uerum eſt in Doctore erudito, non autem rudi & imperito. Verum (inquam) in doctore erudito, qua profectò nota meritò inſigniendus eſt Irlandus Scotus noſter qui principem hic cathedram obtinet, uir in utroque iure ſic uerſatus ut cum doctißimis quibuſque ætatis noſtræ poßit conferri, bonarũmq; omniũ literarum cognitione certare. Mirum certè in eo plus ne ſciẽtiæ ſit, an authoritatis: ut qui præterquàm quòd Reipublicæ literariæ columen appellari poßit, totius etiam humanitatis & grauitatis ſtatio iure

dica-

dicatur.

¶Supereſt pro imponenda manu extrema huic materiei, quæſtio. Teſtator filiũ ſuũ impuberem hæredem inſtituit,& quandocunq; decederet,uoluit omnia bona diſpẽſari pauperibus per executores ſuos: hæcne ſubſtitutio directa eſt,an fideicommiſſaria? Reſpondent Doctores ſimpliciter fideicommiſſariã eſſe, & probatur per text. in l.fundi trebatiani.ff.de uſufructu.notatur in l.ſi quis ita. ff. de uſufr. & ibi bona gl. Nã ex uerbis ſuperioribus uidetur grauatus filius poſt mortem ſuam ut bona teſtatoris patris in pauperes diſtribuantur, quibus tamen detrahetur legitima nõ autẽ Trebellianica ut in Auth.ſimiliter Cod. ad l.falcidiã. & in Auth. ſi qua mulier,de ſacroſanct.eccleſ.l. ſi fundum per fideicõmiſſum ♣. fin. cum l.ſequenti, & quod ibi notatur de leg. i. Et iſtam opinionem defendit Baldus aduerſus Bartholum cõſil. ccxcvi.in quinto uolum. Declarat Franciſc.à Ripa in d.l.centurio fo.lv. & ſeq.ff. de uulg.& pupill.

I ¶Hæc

¶Hæc habui quæ dicerem in materiã ſubſtitutionum, ad laudem ſummæ & indiui duæ trinitatis, communémq; ſcholaſticorum utilitatem. Ea ſi fructuoſa ſint, ſolius dei gratiæ & gloriæ tribuantur qui prolixè bona omnia nobis elargitur, ſin aliquid reprehenſione dignum incidat, occupationibus noſtris iuuenilíque calori imputetur, me enim quaſi dedo noxæ ſciens cuiuſdam diuinitatis eſſe potiusquàm humanitatis omnium habere memoriã, & in nullo penítus errare l. ii ⁊. ſi quid autem C. de ueteri iure enucleando.

¶Finis Commentariorum in Subſtitutionum materiam, per LEONARDVM ALESMIVM iureconſultum Lemouicenſem.

Elenclus erratorum.

Folio.i.uerſu,xiii.de inſtrum.cautela& fide

Folio.xxv.uerſu.ii.deeſt,beneficio nouæ cō-ſtitutionis de fideiuſſoribus.

Folio.l.uerſu.xi.Poſt uerbum,fratrem,deeſt.hæredis inſtituti.

Folio.lxxii.in fine paginæ. & principio ſequentis.idem uerſus bis repetitur.

Folio.cxxiii.uerſu. xiiii.Si tamen ſubſtitutio,& cæt.hoc legi debet in fine ſententiæ, ante uerbum.Agite quæramus.

Leonardus Aleſmius, Le-
ctoribus S.

SI aliquam à uobis gratiã inire debeat qui omnibus ſtuduit prodeſſe, nocere nemini: fraudi mihi non fore confido quicquid opuſculi eſt quod ego exaraui, legendúmque hodiè uobis exhibui.
Effudi autẽ uerius quàm ſcripſi, & quantulum temporis plurimis atque maximis meis occupationibus eripi potuit, id demũ ad ſcriptionem recognitionémque collatum eſt. Neque profectò unquàm facturus eram, ut publica iudicia ſubirem, niſi uoluntas uobis commodandi multorũmque preces me iſtuc pertraxiſſent. Quæ quum per ſe uel ſingula plurimũ ualeant ad hortandum, quos aculeos afferent coniuncta homini propè adoleſcenti? Neſcio enim quo modo plus cæteris ardeant adoleſcentes cupiditate nominis ſui illuſtrandi, ne interim id à me remoueam quod eſt omnium commune. Imò uerò probandus eſt conatus, ex quo multi citra cuiuſquam iniu-
riam

riam fructum capere poſsint. Et librũ noſtrum eſſe eiuſmodi auſim polliceri: quæ enim doctores iuris prætermiſerant in materia Subſtitutionum, reuocaui: quæ contra ius ipſum non ſatis conſideratè ſcripſerant reprehendi: quæ in infinitas paginas propagauerant, coërcui, & quodam quaſi faſce complexus ſum. Licuit mihi eorum uerba tranſcribere, & diſputationis cuiuſlibet (ut ita loquar) dilatare fimbrias: ſed contentus quaſi digitum ad fontes intendiſſe ſignaui locos, unde ſuo quiſque arbitrio, quantum uellet hauriret. Id mea quidem ſentẽtia conſultius eſt, quàm magna oſtentatione oblinere chartas, ut fecerunt adhuc in iure permulti, quorum nominibus parco. At id unum à uobis uehementer contendo, ne me contumelioſum in quenquam exiſtimetis, ſi à magnis uiris diſſentio quibuſdam locis, præſertim quum unicuiq; ſit libera facultas opinandi in rebus dubiis, ac uetuſto prouerbio celebratum circunferatur Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica ueritas. Si

qui

quis tamen ſententiam noſtram uellicet, cauſam nullam dico quin publicis diſputationibus reſpōdeam: modó ne incidam in eum reprehenſorem, qui quum nihil iuris attigerit, petulantia linguæ abutatur ad doctorum uituperationem. Cæterùm ſi has ueluti proluſiones æqui lectores boni conſulant: & maiora & grauiora poſthac à me expectent. Habeo enim alia quæ propediem edentur. Bene ualete.

CLARISSIMO VIRO IOANni Bavardo Leonardus Aleſmius. S.

QVum te mihi pridem cõciliarit ſingularis & præcipua quædã humanitas, familiaritate noſtra nõ indignum duxi, ſi te literario aliquo munuſculo donarem. Nihil enim uel te dignius dari poteſt, uel profeſsioni meæ magis accommodum. Itaq; poſtquam Subſtitutionum materiam libello cõcluſiſſem, mihi uiſum eſt illam ipſam in quaſdam Regulas conſtringere, ut quæ longè latéq; diſperſa & diſsipata eſſent, certis regulis compræhenſa facilius perciperentur. Nam ut in iure permagni intereſt uia & ratione præcepta tradere, ita plurimũ referre uideo in Subſtitutionibus, quibus haud ſcio an ullus alius locus plus habeat negotii. Sed mihi placuit Horatii cõſilium monentis à re operoſa naſcentem nominis ſui exiſtimationem auſpicari, Et duris cruſtis (inquit) diſcas infringere dẽtes. Dedi igitur operam ut res intricatiſsima labore noſtro expediretur, omnibúſq; quaſi in tabula

exponeretur uidenda: quantum autem effecerim aliorum eſto iudicium. Tibi uerò uir eruditiſsime, noſtras iſtas Regulas conſecro teſtes animi erga te mei, prædéſq; huius noſtræ obſeruantiæ. Partes tuæ ſunt, animi candore & ſynceritate potius donum metiri quàm operis magnitudine. id ſi tibi non diſplicuiſſe ſenſero, te authore tandem multò maiora audebo. Paruis rebus eſt etiam ſua dignitas, quis enim iaſpidem puſillæ magnitudinis nõ pluris faciat, quàm inuſitatæ molis & ingentia ſaxa? Et tu illud noſti, Sæpius in libro memoratur Perſius uno Quàm leuis in tota Marſus Amazonide. Bene uale. Pictauii.

Leonardi Aleſmii in materiam Subſtitutionū Regulæ, quibus quicquid eſt eius rei breuiter continetur.

DE VVLGARI.

Reg. i.

Subſtitutio uulgaris expreſſa neceſſariò non requirit uerba huiuſmodi ſpecialia, Si hæres non ſit. Sed ſufficit à teſtatore dici, Caium hæredem inſtituo, & ei Sempronium ſubſtituo. Id notat Paul. Caſtr. in Auth. hoc amplius C. de fideicō. Ratio huius regulæ eſt, quoniam in dubio appellatione ſubſtitutionis uenit directa uulgaris non autem fideicōmiſſaria, gl. in uerbo non exprimat l. Gallus §. quidā rectè. ff. de lib. & poſthu. Steph. Bertr. conſil. xxxiii. in prim. uolum. Alexander conſil. xxiii. in iii. uolum.

Reg. ii.

¶Subſtitutio uulgaris expreſſa in unum

caſum, trahitur ad alterum caſum omiſſum, & ſic caſus nolentiæ trahitur ad caſum impotentiæ. l. Gallus § & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu facit text. in l. fina. C. de inſtitu. ſubſtitu. & reſtitu. Ratio huius regulæ duplex eſt, Prior, quia in ſubſtitutionibus fit latiſsima interpretatio d. l. Gallus § & quid ſi tantum. quia in eis tractatur de ultimis uoluntatibus, in quibus fit latior interpretatio cap. cum dilecti, extra de donati. l. in teſtamen. de regul. iur. Altera ratio eſt. quia ſi de eo caſu omiſſo interrogatus fuiſſet teſtator idem diſpoſuiſſet ſicut & in expreſſo argu. l. Titius § Lucius. ff. de lib. & poſthu.

Reg. iii.

¶Veniens uirtute. l. unicæ de iis qui ante apert. tabu. C. ſubſtitutum uulgarem excludit d. l. unica, & ibi notant doct. Ratio, quia non eſt præſumendum teſtatorem uoluiſſe, alienam ſobolem ſuæ præferri. argu. l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. l. cum auus. ff. de conditi. & demonſtrati.

Reg.

¶Vulgaris ſubſtitutio expreſſa facta hæredi, non impedit tranſmiſsionem, quæ fit beneficio ſuitatis, de quo habetur in l. apud hoſtes, de ſuis & legit. hæred. C. notant doct. in l. i. de uulg. ff. Ratio eſt, quia iſta uerba uulgaris ſubſtitutionis, Si hæres non ſit, hanc interpretationem accipiunt, uel alium hæredem non fecerit. l. ſi paterfamiliàs, de hæred. inſtitu. ff. Inferas etiam ſecundum doctores, uulgarem ſubſtitutionem minus impedire tranſmiſsionem quæ fit beneficio. l. cum in antiquioribus. C. de iure delib. Et hæc omnia licet communia an uera ſint, uide quæ diſcuſsimus ſuprà in tractatu ſubſtitutionum.

Reg. v.

¶Subſtitutione uulgari facta filio in ſacris patris alterius conſtituto, filio repudiante pater non excluditur. l. cum non ſolum ✥ ſimilique modo. C. de bonis quæ lib. & ibi notant Doctores. Ratio eſt, quia pater & filius una eadémque perſona eſſe cenſentur. l. final. de impub. & aliis ſubſtitut.

ſci qui inſtitu.de inutil.ſtipu.Quæ tamen regula limitatur, quando conſtaret de contraria uoluntate teſtatoris, ut quia teſtator fratrē ſuum ſubſtituiſſet, tunc ſubſtitutus præferretur patri. Id in cauſa eſt, quod uoluntas teſtatoris tanquam regina cæteris prædominatur.l. in conditionibus. de condit. & demonſtrati. l. quoniam indignum.C.de teſtamen.

Reg. vi.

Monacho hærede inſtituto hæreditatē repudiante Abbas ſubſtitutū excludit Bart. in l.i.de uulg.Bald.in l cum proponas.C. de hæred.inſtitu. Lanfr. Orianus in l.centurio de uulg.ff.regula iii.Ratio ſecūdum eundem eſt, quia Monachus neq; uelle neque nolle habet, ſed eius uoluntas tranſlata eſt in ſuperiorem cap.ſi religioſus.de electio.lib.vi.ca.nolo.& ca.non dicatis.xii. quæſt.i.Itaque antequàm ſubſtitutus admittatur oportet Abbatem declarare ſe nolle.quod poteſt etiam ſine conſenſu capituli, ut uoluit Frideric. Senenſis conſil.

ix.Ia-

ix.Iaſon in l.legatum.ff.de lega.i. Nec repudiando uidetur ipſe Abbas alienare, quoniam paria non ſunt lucrum acquirendum repudiare, uel acquiſitum amittere.l.qui autem.ff.de his quæ in fraudem credito.

Reg. vii.

¶Aditione unius extinguitur uulgaris ſubſtitutio facta pluribus copulatiuè, uidelicet, Si Titius & Meuius hæredes non erunt.l.quanuis C.de Impub. & aliis ſubſtitu.qui textus id non probat, ut fatetur Barth.in l. hoc articulo,de hæred.inſtitu. ff.Hanc tamen ueram atteſtantur Doct. in d.l.i.de uulg.ff. Ratio eſt, quia copula negatiua requirit concurſum copulatorum negatiuè l.ſi is qui ducenta.§.utrum, de reb.dubiis.ff.ſicut etiam copula affirmatiua requirit concurſum copulæ affirmatiuæ.l.ſi hæredi plures,de cōditi. Inſtitu.Vno igitur adeunte deficit iſta conditio negatiua,Si Titius & Seius hæredes nō erunt,& merito ſubſtitutio expirat Cor-

neus conſil. ccxcviii. in quarto uolumine.

Reg. viii.

¶Subſtitutio uulgaris facta pluribus ſimpliciter ſiue indefinitè uidelicet hoc modo, Si hæredes non erunt, aditione unius expirat Barth. in. l. i. de uulg. ff. Corneus conſil. ccxcviii. in iiii. uolum. Ratio, quia negatiua æquipollet uniuerſali ſi proferatur indefinitè cap. quia circa, de priuileg. l. ſi pluribus de leg. ii.

Reg. ix.

¶Aditione unius expirat ſubſtitutio uulgaris facta hoc modo, Si neq; Titius neq; Meuius hæredes erunt l. quidam in teſtamento de uulg. ff. quæ tamen non probat quorſum allegatur, quia ſe fundat ſuper alia ratione. Sed facit text. in l. ſi is qui ducenta ✠ Itē ſi pater. ff. de rebus dubiis. Ratio huius regulæ eſt, quia dictio neque, & dictio nec, habent incluſam copulā ſecundum gl. in l. ſi filiæ, de donati. ante nupt.

C.

C. Barth. in l. & quia, de iuriſdict. omnium iud. & ſic copulatiuè negant. l. ſi quis ſtipulatus decem aureos de uerb. oblig. ff. Socinus conſil. xciii. in iiii. uolum. Aliam etiam rationem uide apud Soci. ibidem.

Reg. x.

¶ Subſtitutio uulgaris facta pluribus alternatiuè aditione unius non expirat ſecũdum gl. in d. §. ſi pater. Ratio, quia ad ueritatem alternatiuæ ſufficit alterã partem eſſe ueram d. l. ſi quis ſtipulatus. ca. inter cæteras de reſcriptis. Et ſic ſatis eſt conditionem alternatiuam purificari in altero tantum d. l. ſi hæredi plures.

Reg. xi.

¶ Subſtitutionem uulgarem factam hæredi inſtituto indigno fiſcum facere ceſſare quominus locum habeat notat Cominius per text. in d. leg. pri. & l. ſi ſequens gradus ad Sylleianum. ff. ratio, quia licet

indi-

indignus hæres non ſit, tamen alium hæredem facit arg.l.ſi paterfamiliâs.ff.de hæred.inſtitut.

Reg. xii.

¶ A uulgari ſubſtitutione expreſſa teſtamentum robur accipere poteſt, l.iii § & ſi pepercerit de lib.& poſthum.ff. quod uerũ intellige ut etiam illud ipſum teſtamentũ robur accipiat à tacita uulgari contenta ſub expreſſa, notant Doct.in d.l.i.de uulg. ff. Nam ſubſtitutiones eò tantum inuentæ ſunt ne teſtamenta caduca efficiantur.l.unica circa princip.de caduc.tollen.C.& ne teſtator ſine hærede decedat § licet inſtitu.ex quibus cauſis manumitt. non lic.

Reg. xiii.

¶ Subſtitutio uulgaris expreſſa tollit ius accreſcendi, Doct in d.l.i. Ratio eſt, quia ſubſtitutus uenit ex prouiſione hominis, ueniens autem per ius accreſcẽdi ex prouiſione legis: meritò igitur prouiſio hominis faciet ceſſare prouiſionem legis l.fin. cum ſimili-

bus

bus C.de pactis conuent. Quæ omnia uera eſſe ſcias, etiam ſi ſubſtitutio inutilis ſit, adhuc enim tollet ius accreſcendi. Ratio dicti huius eſt quia ſola uoluntate poteſt tolli ius accreſcendi per teſtatorem l. dominus §. i. cũ gl. ff. de uſufr. quæ uoluntas æquè declaratur per ſubſtitutũ inutilem ſicut & per utilem arg. l. planè & l. & ſi transferam. ff. de adimen. leg. Aduerte tamẽ ad regulam iſtá, quia uera non eſt niſi ſubſtitutio eſſet inutilis fauore uenientium ab inteſtato, ut uoluit D. à Ripa in d. l. i.

Reg. xiiii.

¶ Subſtitutio uulgaris non trahitur ad prælegata facta hæredi inſtituto l. ſextiá filiam de leg. iii. Ratio, quia prælegata hæredis ſunt ſed per ſubſtitutionem uulgarem ſucceditur tantum teſtatori non hæredi §. i. Inſtit. de pupill. ſubſtitut. Igitur non mirandum ſi prælegata non ueniant in ſubſtitutionem. Limitatur tamen hæc regula in caſu l. Marcellus §. quædam. ff. ad trebell. & in caſu l. miles §. pro parte, de leg. ii.

Reg. xv.

¶ Ex-

¶Extincta pupillari ſubſtitutione per Emã cipationem, extincta etiam eſſe uidetur tacita i. uulgaris, contenta ſub illa expreſſa pupillari. Hanc regulam communem eſſe dicunt doct. in d. l. i. doct. Canon. in cap. Raynutius extra de teſtamen. Ratio eſt, quia imputandum eſt patri qui ſibi non prouidit in caſu uulgaris ſubſtitutionis, quũ pupillarẽ iam uideret extinctam arg. eorum quæ notãtur in l. tractabatur. ff. de milit. teſtamen.

Reg. xvi.

¶Non adimpleta conditione per hæredem ſub qua eſt inſtitutus, ſubſtitutus uulgaris admittitur l. ii, de Inſtitu. Subſtit. & Reſtit.

Reg. xvii.

¶Subſtitutio uulgaris ſiue mater ſit in medio ſiue non ſit, cõtinet tacitam pupillarem gl. in l. precibus, de impub. & aliis Reprobate gl. in l. centurio de uulg. ff. fieri enim poteſt ut matre etiam exiſtente in medio ſubſtitutus admittatur, ut quia mater præmoriatur

riatur,uel filii hæreditatem repudiet l. fin. C.de Inſtitu.Subſtitu.& Reſtitut.

Reg. xviii.

¶Obtenta in integrum reſtitutione aduerſus aditionem, admittitur ſubſtitutus uulgaris Barth.& omnes alii promiſcuè ita tenent in d. l.i .gloſ. & doct. in l. poſt aditam,de Impub.& aliis ſubſtitu.facit text.in l.ex contractu. ff.de re Iudic.l.quod ſi §.ſed quod de mino. ff.

Reg. xix.

¶Aditione unius non expirat ſubſtitutio uulgaris facta ſeparatim pluribus l.penult. ſupra, de iniuſto rupto irrito facto . gl. & doct.in l.penult.C. de Impub.& aliis. doct. in d.l.i.de uulg.ff.Nec id poteſt eſſe contro uerſum,ſi tamen intelligamus ut in terminis l.ex duobus§.qui filium,de uulg.

¶Subſtitutio pupillaris expreſſa licet extin
cta ſit per euentum pubertatis, tamen firma
manet tacita uulgaris: quod intellige, quan-
do ſubſtitutio pupillaris eſſet facta ſine præ
finitione temporis. Lancel. Galeo. in l. centu
rio, de uulg. ff. Bald. conſil. xx. in. iii. uolum.
Omnéſq; indiſtinctè ſequuntur hanc regu-
lam in d. l. i.

De Pupillari.

Reg. i.

SVbſtitutio pupillaris non exigit ne-
ceſſario iſta uerba, Si hæres ſit. Regulá
iſtam communem dicunt Doctores in
l. ii. de uulg. ff. Ratio eſt quia pupillaris
ſubſtitutio fieri poteſt exhæredato ⁊ non
ſolum inſtitu. de pupill. ſubſtitu. l. ii. ff. eo.
Conſtat autem exhæredatum non eſſe hæ-
redem. Igitur præteritio illorum uerborum
non uitiabit pupillarem ſubſtitutionem.

Reg.

¶ Subſtitutio pupillaris conſiſtere non poteſt, citra aditionem hæreditatis ex teſtamēto paterno l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe, de uulg. ff. notant doctores in l. ii. de uulg. ff. Ratio eſt quia pupillaris ſubſtitutio dependet ex teſtamento paterno, meritò igitur debet cōfirmari per aditionem hæreditatis arg. l. ſed ſi plures. §. filio de uulg. ff. Limitatur in pupillari ſubſtitutione à milite facta, quia tū non eſt neceſſe ex militis teſtamento adiri hæreditatem ut ualeat pupillaris ſubſtitutio l. ii. Iuncta gl. ff. de uulg. Ratio huius limitationis eſt, quia Aditio hæreditatis eſt de ſolennitate iuris ciuilis alioqui remiſſa in teſtamentis militum l. i. de teſtam. milit. ff. §. i. Inſtitu. Fallit præterea hæc regula in ſuo, ut notat Iaſon in d. l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe Ratio huius dicti eſſe poteſt quia ñlii ſuitas cōfirmat tabulas pupillares l. ſi filius qui patri, de uulg. ff.

Reg. iii.

¶ Subſtitutio pupillaris expreſſa ſi fuerit

facta naturali tantum ut Spurio, ſi tamen poſt teſtamentum, uel poſt mortem teſtatoris legitimetur, recõualeſcit. Iſta eſt communis doctorũ opinio in d.l.ii. Ratio eſt, quia legitimatio retrotrahitur uſque ad tempora natiuitatis.l.ii.ff.de natalib. reſtitu. Imò quod mirandum eſt magis retrotrahitur uſque ad tempora conceptionis, ut legitimatus fingatur legitimè cõceptus l. qui in prouincia § diuus Adrianus.ff. de ritu nupt.

Reg. iiii.

¶Subſtitutio pupillaris expreſſa facta filio impuberi, eo mortuo in pupillari ætate excludit quoſcunque uenientes ab inteſtato. text. & ibi notatur in l. Centurio, de deuulg. Amplies hanc regulam, ut etiam matrem excludat à legitima gl. in l. Papinianus § ſed nec impuberi.ff. de inoff. teſta.cap. ſi pater, de teſta. lib. vi. Ratio ampliationis eſt, quia non poteſt mater conqueri de filio, cui pater teſtamentum fecit: nec de marito eadem queri poteſt, quia nihil

hil maritus relinquere tenetur uxori d.ca. ſi pater.

Reg. v.

¶Mater non poterit pupillariter filio ſuo ſubſtituere, etiam ſi ſtatuto cautũ ſit ut filios habeat in poteſtate. Iſtam regulam ueram dicit Baldus in l. precibus, de impub. & aliis ſubſtitu. Ratio quia in ſtatutis correctoriis iuris communis non debet fieri extenſio de caſu ad caſum arg. l. præcipimus. C. de appellati. Ludouicus Romanus in l. ſi uerò ⸿ de uiro. ff. ſoluto matrimo. facit gl. in uerbo, diſpenſationes, in cap. ordinarii, de offic. ordin. lib. vi.

Reg. vi.

¶Subſtitutus pupillaris non admittitur ad bona alienata per pupillum ante ipſius mortem. Quam regulam cõmunem aiunt Angel. & Imola. in l. Marcellus ⸿ res quæ ff. ad Trebell. Ratio ſecundũ eoſdem, quia quemadmodum teſtatori non prohibetur

poſt teſtamētum confectum alienatio bonorum ſuorum, ita nec pupillo poſt ſubſtitutionem, quæ dicitur eius teſtamentum. hæc uera eſſe ita demum intelligas, ſi ex iuſta cauſa alienata fuerint bona, alias ſecus l. i ꝧ ſed nonnullo & ibi notatur. ff. de tutel. argu. l. fin ꝧ ſin autem ſub conditione C. communia de legatis.

Reg. vii.

¶Subſtitutio pupillaris facta à matre filio ſuo impuberi conuertitur in fideicommiſſariam, ſi filius decedat intra tempora pubertatis, doct. in l. ii. de uulg. ff. Ratio eſt quia non debet ignorantia mulieris quæ neſcit quid uulgaris, quid pupillaris ſit officere ueræ & reali eius intētioni. argum. l. codicillis ꝧ fin. ff. de leg. ii. & l. quoniam. indignum. C. de teſtamen.

Reg. viii.

¶Pater prodigus cui interdicta eſt bonorum adminiſtratio, non poteſt pupillarem

rem ſubſtitutionem filio facere. hanc regulam ueram eſſe ateſtantur doctores in d. l. ii. Ratio eſt, quia tunc pater nõ poteſt ſibi teſtari arg. eorum quæ notantur in l. is cui bonis, de uerb. oblig. ff. ita etiam pro alio teſtari non poterit.

Reg. ix.

¶Pupillaris ſubſtitutio poteſt fieri poſthumis. l. ii. uerſiculo, planè, de uulg. ff. Ratio, quia quando agitur de eius commodo, is qui in utero eſt, habetur pro nato. l. qui in utero. ff. de ſtatu hominum.

Reg. x.

¶Subſtitutio pupillaris facta filio impuberi non expirat, licet filius facta ſibi pupillari ſubſtitutione exeat à patria poteſtate propter dignitatem, ut in § illud in Authen. conſtitutio quæ epiſcop. & digni- ta. filium libe. à patria poteſta. coll. ſext. Et ego latius declaraui in tractatu meo ſubſtitutionum.

Tacita pupillaris ſubintellecta ſub expreſſa uulgari matrem non excludit. l. fina. C. de inſtitu. ſubſtitu. & reſtitu. & ibi notant doct. Limitatur tamen ſi modo commiſerit ingratitudinem in teſtatorem, uel adulterium fecerit: quia tunc pupillaris tacita matrem excluderet argu. l. planè & l. & ſi transferam. ff. de adimen. lega. ubi inimicitiæ ſuperuenientes in uita, uel poſt mortem defuncti legatum reuocant: à fortiori & ratione adulterii excludetur mater per tacitam pupillarem, quum maius ſit in perſona uiri adulterium, quàm proprii filii occiſio, ut notatur in l. codicillis. §. inſtituta. ff. de leg. ii. Vnde & uxor quæ adulterium commiſit, non debet ali à marito, gl. in l. fideicommiſſum. C. de fideicom. Secundò limitatur hæc regula quando frater pupilli eſſet ſubſtitutus, quia tunc tacita pupillaris matrem excluderet. Ratio, quia præſupponendum eſt teſtatorem uoluiſſe ſuā ſobolem alienæ præferri. l. cū acutiſsimi. C. de fideicō. ſecus tamen ſi frater teſtatoris eſſet ſubſtitutus, tunc enim

fortis

fortis præſumptio eſt pro matre ne excludatur à luctuoſa filii hæreditate d.l.fin.C. de inſtitu.& ſubſtitu.& reſtitu.Oldoardus conſil.cxlii. Tertiò limitatur quando conſtaret de contraria uoluntate defuncti notant docto.in l. precibus,de impub & aliis ſubſtitut.

Reg. xii.

¶Subſtitutio pupillaris partim expreſſa, partim tacita matrem & quoſcunque uenie͂tes ab inteſtato excludit,ut eſt illa quæ ſub compendioſa uel breuiloqua continetur gloſ.in l.lucius, de uul.ff.gl. in l. in teſtamento,de teſtamen.milit.C.

Reg. xiii.

¶Impugnans teſtamentũ paternũ, priuatur ſucceſsione pupilli, nec ei opitulatur ſubſtitutio pupillaris.text. notandus in l. is qui co͂tra tabulas,de uulg.ff. Ratiò quia pupillaris ſubſtitutio eſt acceſſoria ad teſtamentum paternum. Meritò igitur expugnando principale cenſetur & expugnare

gnare acceſſorium arg.l. moribus ❡ nam & ſi ruptum.ff.de uulg.

Reg. xiiii.

¶Subſtitutio pupillaris expirat ſi impubes ingrediatur religionem. Iſtam regulam communem eſſe dicunt doctores in d. l.ii.de uulg.ff. Ratio, quia per ingreſſum religionis liberatur quis à patria poteſtate, gl. in l. ſi ex cauſa ❡ Papinianus. ff. de minori. Nec obſtat quod dicere quis poſſit ingreſſum religionis per impuberem factum non ualere cap. ſignificatur. cap. ad noſtram. extra de regularib. quoniam hæc regula intelligitur de impubere doli capace, & cum quo diſpenſatum fuiſſet, argumen. eorum quæ notant doctores in capitul.prim.& ſecund. de ætate & qualitate, ubi diſpenſare poteſt papa cum impubere ad beneficium curatum obtinendum.

Reg. xv.

¶Subſti-

¶Subſtitutio pupillaris expirat ſi impubes liberos habeat. l. ii. & l. in pupill. de uulg.ff.text. in argumen. in l. ex facto de uulg.ff.ubi Exemplaris expirat ſi furioſus in furore liberos habuerit: ergo idem dicendum in pupillari ex quo malitia ſupplet ætatem, cap. de illis extra de ſponſalibus.& quod impubes poſsit habere liberos uide gl. in ca. quod intra xx. quæſt. i.

Reg. xvi.

¶Rupto teſtamẽto paterno ex cauſa præteritionis uel exhæredationis tabulæ pupillares remanent firmæ. Hanc regulam communem dicit Barth. in l. filio præterito, de iniuſto rupto, irrito. facto teſtam. Ratio,quia rupto paterno teſtamento cætera firma manent Auth.ex cauſa de liberis præteritis uel exhæredatis, ſed appellatione cæterorum etiam continentur tabulæ pupillares gl. fin. in l. i. ff. de uulg. Doct. in l. Argentarius, de edendo. ff.

¶Rupto teſtaméto paterno per querelam inofficioſi teſtamenti in totum rumpitur pupillaris ſubſtitutio l. Papinianus §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſta. Ratio, quia querela inofficioſi teſtamenti eſt de iure ciuili ſecundum gl. in l.ii.C. de inoffic. teſtamen. quod ius ciuile poteſt rumpere hæredis inſtitutionem argu §. fin. de legiti. agna. tutella. rupto tamen teſtamento paterno per querelā in parte firmæ remanebunt tabulæ pupillares l. in ſubſtitutione de uulg. ff.

Reg. xviii.

¶Rupto teſtamento de iure Prætorio per bonorum poſſeſsionem contra tabulas in totum non rumpitur pupillare teſtamentum. Et iſta eſt communis ſecundum Doctores in l.ii. de uulg. ff. pro qua eſt text. in l. ex duobus §. fin. ff. de uulg. Ratio, quia teſtamentum eſt inuentum de iure ciuili, bonorū uerò poſſeſsio à Prætore, qui quēadmodum non poteſt facere hæredē multò

tò minus deſinere eſſe hæredē ⸫ quos poſſum inſtitu. de bonorum poſſeſſ.

Reg. xix.

¶ Spes ſubſtitutionis pupillaris non tranſmittitur etiā ad ſuos deſcendentes proprios l. ſed ſi plures ⸫ i. l. ex pluribus de ſuis & legitimis hæred. Inſtitut. ff. l. lucius ⸫ fin. ff. de uulg. l. unica ⸫ ſin autem aliquis ſub conditione C. de caduc. tol. & ibi rationem huius regulæ uide. Vnde etiā inferas ſubſtitutionis pupillaris ſpem nō uenire in cōfiſcationem bonorum ſubſtit. quum in ea non ueniant iura futura l. ſi mandauero ⸫ is cuius ff. mandati gl. notabilis in l. nam ad ea. ff. de condi. & demonſtrati. Limita ſingulariter hanc regulam quando ius accreſcendi comnexum eſſet ſubſtitutioni text. notab. in l. qui patri, de acquir. hæredit.

Reg. xx.

¶ Per adoptionem uel arrogationem expirat pupillaris ſubſtitutio l. nec ei ⸫ eorū. ff. de adopt. Quod uerū intellige niſi is ad quē pertinet ſubſtitutio ſibi ipſe prouideret per

ſtipu

ſtipulationem. ſibi ſaluam fore ſubſtitutionem, idq; promittat adoptator uel arrogator l. non aliter cum ll. ſequent. ff. de adoptionibus.

De Exemplari.

Reg. i.

LIcet in pupillari non neceſſe ſit filium inſtitui, ut uidere eſt in ⸿ non ſolum inſtitut. de pupill. ſubſtitu. In Exemplari tamen contrarium eſt, quia illa non poteſt fieri exhæredato, fit enim ei tantum cui legitima debetur l. humanitatis intuitu, de impub. & aliis ſubſtitu. C. Quiſquis uerò legitimam habet non dicitur exhæredatus, notatur in l. cum quæritur C. de inoffic. teſta. Ratio eſt, quòd Exēplaris ſubſtitutio intuitu humanitatis inuenta eſt. ſed exhæredando filium quis non uidetur ſeruare illam humanitatem. Non poterit igitur hæc Exemplaris exhæredato fieri.

Reg.

¶Subſtitutio Exemplaris tacita ſubintelligitur ſub pupillari expreſſa:quod ita demum uerum eſſe puta, quando ſubſtitutio pupillaris facta ſit ſine ulla temporis præfinitione, ut ſi teſtator dixerit, Quiſquis mihi hæres erit, ſit & filio meo impuberi furioſo hæres. tunc intra tempora pupillaris, ualebit ſubſtitutio ut directa pupillaris: at poſtea ualebit iure exemplaris argum.eorum quæ notant Doct.in l.centurio. ff.de uulg. Secus uerò ſi pupillaris eſſet facta cum limitatione certi temporis, quo caſu poſt pupillarem ætatem ſubſtitutus non admitteretur ex tacita exemplari. Ratio. Ex quo pater noluit ſubſtitutionem ualere poſt pupillarem ætatem, uidetur nolle ſubſtitutum admitti alia ſubſtitutione.

Reg. iii.

¶Quanuis Exemplaris requirat furioſo relinqui legitimam l.humanitatis intuitu

C.de impub. & aliis ſubſtitu.ſufficit tamē ſi minus ſit relictum quàm legitima aſcendat:neque propterea infringetur Exemplaris ſubſtitutio Barth.in l.ex facto.ff.de uulg.Filius enim cui minus eſt relictum legitima poterit poſtmodum agere ad ſupplementum legitimæ l. omnimodo C. de inoffic.teſta.Hancque opinionem ſequendam eſſe certi iuris eſt ut teſtamentis fauētem,l. ſunt perſonæ.ff. de relig. & ſumpt. fun.& l.ſi pars.ff.de inoffic. teſtam.

Reg. iiii.

¶Subſtitutio uulgaris expreſſa facta filio ſanæ mentis non comprænendit tacitam exemplarem quanuis filius ex poſtfacto efficiatur furioſus. Hāc regulam tenuit Guliel.à Cugno in l.humanitatis, de impub. & aliis. Ratio, quia inhumanum eſt ſpectare caſum aduerſamque fortunam liberi hominis.l. inter ſtipulantem §. ſacram. ff. de uerb.oblig. Adiuuatur & hæc ratio alia ratione, quia ut cognoſcamus comprænendi in teſtamento,inſpiciendum eſt tempus teſtamenti. l. ſi ita. ff.de auro & arg.

arg.leg. facit.gl.notabilis in argum.in cap. cum olim,in uerbo, ſi procurator de officio delegati. Ergo iura quæ dicunt uulgarem expreſſam extendi ad tacitam exemplarem ſic intelligi debẽt, quum uulgaris eſſet facta furioſo ſecundum doctores in d.l. ex facto.

Reg. v.

¶Filius non poterit Exemplarem ſubſtitutionem patri furioſo facere. Iſtam regulam aſſerũt uerã doctores in d.l.ex facto. Ratio, quia filius furioſi debet ſubſtitui furioſo l.humanitatis intuitu,de Impub.& aliis. ſed ſi filius teſtaretur pro patre furioſo ſeipſum ſubſtitueret,quod lex non approbat argum.text.in cap.fin.de inſtitut.& cap. debitum de baptiſmo.

Reg. vi.

¶Mater quæ conuolauit ad ſecundas nuptias non poterit filio furioſo facere Exemplarem ſubſtitutionem. Et iſta regula eſt communis ſecundum Barthol.in le. ex facto.

cto.ff:de uulg. Ratio, quia Exemplaris ſubſtitutio eſt inuēta propter humanitatē.l.humanitatis iutuitu, de impub.& aliis: quæ ceſſat quando mater tranſiit ad ſecundas nuptias l.lex quæ tutores C.de adminiſtr. tut. ibi enim text. non ſolū cōtra tutores, ſed fœminas etiam immoderatas proſpexit, quæ nouis maritis non ſolum filiorum res ſed uitam etiam addicunt.

Reg. vii.

¶Exemplaris ſubſtitutio expreſſa matrem & quoſcunque uenientes ab inteſtato excludit. Hanc regulam dicit ueram Barthol. in leg. ex facto. pro qua facit text. in argumen. capit. ſi pater de teſtamen. lib. vi. le. Papinianus. §. ſed nec Impuberis. ff. de inoffic. teſtamen. quæ iura licet loquantur in pupillari, ſubſtitutione, Idem tamen dicemus in exemplari, quum Exemplaris ſit introducta ad ſimilitudinem pupillaris ſubſtitutionis §. qua ratione, circa finem. Inſtitut. de pupill. ſubſtitut.

Reg. viii.

¶Exemplarem ſubſtitutionem naturali tantum furioſo pater facere non poteſt. Hanc

Hanc regulam tenuerunt Angel. & Imola in leg. ex facto. ff. de uulgar. Ratio eſt, quia conſiſtere non poteſt exemplaris niſi furioſo filio relinquatur legitima: ſed naturalis tantum non habet legitimam in bonis patris leg. Matre. C. de natura. lib. d. leg. humanitatis intuitu. Limita hanc regulam in matre quoniam mater poterit filio naturali tantum furioſo ſubſtitutionem facere. Naturalis enim tantum habet legitimã in bonis matris § nouiſsimè Inſtitu. ad Orficia nũ. Niſi forte mater illuſtris eſſet tunc enim non debet legitimã filio naturali tantum Authen. ſi qua illuſtris C. ad Orfici. Sed hãc regulam ueram non eſſe crediderim propter ea quæ ego diſſerui in Tractatu meo ſubſtitutionum. in materia Exemplaris ſubſtit.

Reg. ix.

¶ Subſtitutus Exemplaris filio furioſo datus à patre quãtum ad bona per patrem data, præfertur ſubſtituto exẽplari dato à matre ipſi furioſo filio. Et econuerſò ſubſtitutus à matre quantum ad bona data per matrem præfertur ſubſtituto dato à patre. hãc regulam dicunt æquam eſſe doctores in d. l.

ex fa

ex facto.ff.de uulg.pro qua facit text.in.argum.in l.ſed ſi plures.§. ſi quis arrogato. ff. de uulg. Si uerò furioſus bona habeat aliunde quæſita quàm à patre & à matre, tũc ſi furioſus ſit in poteſtate patris conſtitutus,ſubſtitutus datus per patrem præferretur. Ratio,quia in perſona patris facientis ſubſtitutionem concurrunt duæ rationes,una patriæ poteſtatis,altera humanitatis: ſed in perſona matris cõcurrit una tantum,ſcilicet,humanitatis.at duo uincula ſunt uno fortiora.l. re coniuncti. ff. de leg.iii.

Reg. x.

¶Facta ſubſtitutio exemplaris à matre, ſi ea ad ſecundas nuptias tranſeat, infringitur,eſtq; inanis & caſſa. Hanc regulam fecit Barth.in d.l ex facto.ff. de uulg.Ratio, quæ neceſſariò requirũtur in ſubſtitutione,adſint oportet omnia mortis tempore, ut notatur in l.cohæredi.§. cum filiæ. ff. de uulg.Sed in exemplari matri neceſſaria eſt humanitas: at ea ceſſat quando mater proſilit ad ſecundas nuptias.

Reg.

Reg. xi.

¶Sicut ſubſtitutio pupillaris expreſſa expirat quandoque ex defectu ſubſtituti uel teſtatoris, uel conditionis adiectæ ſubſtitutioni. Ita exemplaris deficit per eaſdem rationes,quas enumerat Barth.in l. ex facto.ff. de uulg. & latius Socinus in Rubr. de uulg.

Reg. xii.

¶In exemplari ſubſtitutione pater & mater non poſſunt ſeipſos ſubſtituere exemplariter arg.text.in cap. ad noſtram,de iure patronatus. Ratio. Vt tabulæ exemplares ualeant neceſſaria eſt aditio ex teſtamẽto principali :ſed hæreditas in uita teſtatoris adiri non poteſt.

Reg. xiii.

¶Suſtitutio exemplaris facta filio arrogato trahitur ſolum ad bona iſtius arrogati furioſi,ut dicitur de pupillari ſubſtitutione ſecundum Barth. in l. ſi arrogator. ff. de adoptionibus.

Reg. xiiii.

¶Exemplaris ſubſtitutio prodigo fieri poteſt Barth. à Ripa. & alii in l. ex facto de

uulg. Nā prodigalitas, demētiæ ſpecies eſt, gl. in ca. ſæpe. xli. diſtinct. Vnde ſicut lex Prodigo in uita prouidet dans ei curatorē l.i. de curat. furio. ff. ſic & in morte permittens ei Exemplariter ſubſtitui. Nota tamē ſecundum Bald. in d. l. humanitatis, quòd Phreneticis fieri non poteſt hæc exemplaris: quia tale uitium nō eſt perpetuum. Id enim morbi cōtrahunt homines ex ſebribus, uel ſimilibus ægrotationibus. l. 1 §. apud Iulianum. ff. de ædilitio edicto.

Reg xv.

¶Pater faciens exemplarem ſubſtitutionē filio furioſo, tenetur ſubſtituere unum ex deſcendentibus furioſi, & in defectum deſcendentium, quēdam ex fratribus furioſi, l. humanitatis intuitu. de impub. & aliis ſubſtitu.

Reg. xvi.

¶Spuriis non poteſt fieri ſubſtitutio, nec pupillaris nec exemplaris ſecundum communiter doctores in d. l. ex facto. Ratio, quia Spurii à iure non ſunt uocandi liberi Authen. ex complexu de inceſt. nup. §. fin. in Auth. quibus mod. natu. effic. legi. Nec

etiam

etiam ueniunt appellatione liberorum ſe-
cundum Bald. in Authen. ex complexu.

Reg. xvii.

¶ In exemplari ſubſtitutione non neceſſe eſt filium, cui ſit ſubſtitutio, eſſe puberem, ſed ſufficit furioſum eſſe aut prodigũ, aut mente captum. quod probatur in d. l. humanitatis, dum loquitur text, in his liberis qui poſsunt ſuſcipere filios. & in l. ex facto, in uerbo, puberi. In qua opinione ſunt Barth. Bald. Paul. Alexander.

Reg. xviii.

¶ Parentes utriuſque ſexus poſſunt hanc exemplarem ſubſtitutionem facere, & ſic non opus eſt in poteſtate eum eſſe cui ſit huiuſmodi ſubſtitutio. In quo differt à pupillari.

Reg. xix.

¶ In ſubſtitutione exemplari non eſt neceſſe filium ſui iuris effici poſt mortem teſtatoris, ut in pupillari. Ratio, In exemplari non eſt neceſſaria patria poteſtas. & hæc eſt communis ſecundum Doctores in d. l. humanitatis.

Reg. xx.

¶Sicut pupillaris tacita quæ compræhenditur ſub expreſſa uulgari non excludit matrem l.fin.C.de inſtitu.ſubſtit.& reſtitu.Ita nec tacita exemplaris admittitur cōtra matrem:& omnes eæ perſonæ quæ non excluduntur per tacitam pupillarem enumeratæ per doctores in d.l.moribus de uulga.ff.per tacitam exemplarem non excluduntur ob eaſdem rationes.

De Cōpendioſa.

Reg. i.

SVbſtitutio compendioſa facta à pagano impuberi uerbis directis intra tempora pupillaris ætatis ualet iure directo, poſtea uerò euaneſcit, doct.in.l.centurio, de uulg. ff. facit text.in l. uerbis ciuilibus, de uulg.ff. Sed opinionem contrariam tenuit in conſulendo Alexander conſil. lxxxii.uolum. ii. Ratio, quia ut ſuſtineātur ultimæ uoluntates non eſt abſurdum eadem uerba accipi in propria ſignificatione reſpectu unius temporis, & impropriè reſpectu

reſpectu alterius l. pater ſeuerinam § cõditionum. ff. de conditi. & demonſtrati. quam opinionem ego amplector.

Reg. ii.

¶Subſtitutio compendioſa facta à pagano per uerba obliqua, omni tempore eſt fideicõmiſſaria l. cohæredi § cũ filiæ de uulg. ff. doct. in l. centurio. ff. eodem. Amplies hãc regulam, etiam ſi ſubſtitutio ſit facta per uerba obliqua in figura pupillaris ut probatur in d § cum filiæ.

Reg. iii.

¶Subſtitutio compendioſa facta à pagano filio impuberi uerbis cõmunibus intra tẽpora pupillaris ætatis filio decedente ſubſtitutus admittitur iure directo: ſi uerò moriatur filius poſt pupillarem ætatem, ſubſtitutus admittetur iure fideicõmiſsi iſtam regulã probarunt Doctores in d. l. cẽturio gl. in § qua ratione inſtitu. de pupill. ſubſtitu. facit text. in cap. ſi pater de teſtam. lib. vi. Nec obſtat ſi dicatur directũ eſſe uerbum moriatur in ſubſtitutione poſitum: ut enim directum ſit, multũ tamen efficit

text.omnem ſubſtitutionē in dubio iudicādam directā. Ratio huiuſce rationis eſt, quia præſumitur pater cōſilium capere & prouiſionem filio magis fauorabilē l. nec in ea, in fi. ad l. Iul. de adult. l. nihil. ff. de bonis libert. l. ſcripto. ff. unde libe. Sic ergo uidetur uoluiſſe ut ualeret ſubſtitutio intra pupillarē ætatē iure directo, quæ filio magis fauet ut decedat teſtatus d. l. papinianus § ſed nec impuberi, de inoffic. teſta. quàm ut fideicommiſſum, quum ſit onus ſecundum gl. in l. ex tribus, de uulg. Reg. iiii.

¶Subſtitutio compendioſa facta per uerbum cōmune, matre etiā exiſtēte in medio cōtinet pupillarē. Hāc regulā tenēt Imola, Paulus, Alexander, Aretinus, Iaſon in d. l. precibus: & quam communem dicit Iaſon ſequutus Oldo. conſil. lxxxix.

Reg. v.

¶Subſtitutio compendioſa facta per uerbū commune in re certa continet tantum fideicommiſſariam Barth. in l. cēturio, de uulg. ff. Ratio, quia uerbum commune adiectum certæ rei nunquàm trahitur ad Inſtitutionem directā l. cogi § generaliter, ad trebell.

ff. fa-

ff.facit text.in l.lucius§.filiam,de lega.ii.

Reg. vi.

¶Subſtitutione compendioſa facta per uerbum directum & commune,in electione eſt ſubſtituti uelitne ex directa an fideicõmiſſaria ſubſtitutione ſuccedere.l.ſi quis ſeruo ff. de manumiſſ. teſta. & ibi notatur. Ratio, quia cui competunt duæ uiæ in eius optione eſt,utram eligat arg.l.fin.C.de codic.

Reg. vii.

¶Subſtitutio compendioſa facta per teſtatorem filio Impuberi ſi ſine liberis deceſſerit intra tempora pupillaris ætatis ualebit iure directo,poſtea uerò iure fideicõmiſsi. Hanc regulam commendat Zaſius in tractatu ſuo ſubſtitu. Nec te remoretur quòd uideatur uoluiſſe teſtator facere ſubſtitutionẽ fideicõmiſſariam,propter illa uerba, ſi ſine liberis deceſſerit,quum nullus regulariter filios habere poſsit niſi pubes,argu.l.i.de ſuis & legiti.hære.C.Sufficit enim ut quis dicatur decedere ſine liberis ex uſu communi,qui longè præfertur aucupiis ſubtilitatum,atque uerborum captioni l.quoniã indig. C.de teſta.

Reg. viii.

uerba directa ualet ſemper iure directo,quã diu placuerit militi text.in leg. centurio, de uulg.ff.l.precibus,de impub.&aliis ſubſtit.

Reg. ix.

¶Subſtitutio compẽdioſa à milite facta per uerba obliqua ſemper ualet iure fideicommiſsi,notant doct. in d.l.centurio.

Reg. x.

¶Subſtitutio compendioſa uulgarẽ ſubſtitutionem continet Barth.& doct.in d.l.centurio,& in cap.ſi pater,de teſtam.lib.vi. Ratio, quia uerba compendioſæ ſuo ambitu etiam patent in uulgarem,ut uoluit Barth. conſil.cccclxxxviii.

HAS Autem regulas hactenus tibi tradiderim adoleſcens optime,ſequutus communem Doctorum ſententiã, reiecta omni ſubtilitate,ut quid tum in iudicando tum in conſulendo tenendum ſit non ignores. Neque diſsimulandum puto multa hic inſeri ex communi doctrina, quæ ſummo iure uix defenderentur. Sed uia regia incedendum eſſe uulgo admonemur: communẽmque opinionem amplectendam eſſe libri omnes perſonant, niſi manifeſtiſsima æquitatis ratio contrarium ſuadeat. Quantulumcunque eſt iſtud cauſa tua elaboratum, lubens quæſo accipe.

Regularum in materiam Subſtitutionum, per L. ALESMIVM, Finis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA